

46
1674, 21
24

ΦΩΣ ΦΩΤΩΝ
SINE NEBLIS ET VMBRA
SIVE
ORACVLVM JACOBAEVM
CAP. I, 17.
DE
**ILLVSTRISSIMA
DIVINAE IMMVTABILI-
TATIS MAIESTATE**
APERTA SCENA, CONSPICVA
IN
SOLEMNI HAC DISSERTATIONE
QVAM
SVB PRAESIDIO
DN. JOH. ADAMI SCHERZERI
SS. THEOL. DOCT. PROFESS. PVBL. PRIM. FACVLT. SVAE
SENIOR. INGENVI PRAESVLATVS MISN. CANONICI
ET THESAVRARI, CONSIST. ELECT. ETC.
DOCTORVM AC ERVDITORVM EXAMINI ET DISQVISITIONI
PUBLICE SVBMITTIT
JACOB-HENRICVS OHLIVS
REGIOM. PRVSS.
D. XXII. SEPTEMBR. A. M D C LXXIV.

WITTENBERGÆ,
RECUSA IN OFFICINA HAKIANA, M D CC XXXVI. (6)



Ps. LXXX. 20.

רוֹתֵה אֱלֹהִים צְבָאוֹן
רַאֲךָ פְּנֵיךְ וְנוֹשָׁעֶךָ :



Llustriori vix quisquam splendidissimam il-
tam ac ex splendore illuftrissimam Immura-
bilitatis Divinae Majestatem theatro exhibi-
lam oculis usurpaverit, præter Jechezkelam
acerrimum illum τὸν Θεόν speculatorum,
cap. I. 27. collat. 4. Videbat equidem Daniel
fluvium igneum a conspectu Jehovæh ma-
nantea (c. VII. 10.); non tamen fontem ipsius
Luminis hujus perspectibat. Videbat Moses
ruber flagrantem non conflagrante (Ex. III. 2.); ac miraculum
h. l. rubus (mysterium carnis a Λόγῳ assumte;) non ignis sibi ver-
dicabat. Descendebat immutabilis Legis immutabilis Autor in
gloria consumendi, h. e. omnia mutare valentis;
in se autem immutabilis) ignis coram oculis Israël (Exod. XXIV. 17.
XIX. 18.) sed scena splendorem mutabilis Israëlite oculus intueri
nec debebat (XIX. 21.) nec poterat (XX. 19.) Hic autem Prophætæ
aperta scena Immutabilitatis Divine Magnificentia clarissime præ-
sentatur. וְאֶרְהָה, inquit, Vidi (accuratissime perspexi, tanquam
in theatro scenico) in Throno, Sapphiri instar nitente, Figuram
Hominis, שְׁנָיו רְשָׁמָלָר, tanquam colorem crepitantis flammae, vel
vividissimum, ut Trem. verit, sive lucidissimum & instar electri,
quod Luth. nota, (ratione fulgentissimi nitoris, וְtanquam speciem
ignis. בָּהִי INTIMI, h. e. intrinsec & mere essentialis (תְּהִקְתָּחָת
in semet reciprocantis v. 4.) undiquaque (adeoque IDEM
UBIQUE summe lucidus, nullaque sui ex parte variabilis aut ob-
scurabilis est) supra וְinfra lumbos ejus emicantis. (Rā'ītā (natantem

καὶ ἐπανάληψιν) vidi ego tanquam aspectum ignis & SPLENDOREM undique circa illum.

Quantam vero illic Propheta ēν ὑποτυπώσει abstrusa OCULIS; tantum hic Apostolus expreſſo χρηματίſμῳ LUMINIS hujus ἀπεργίᾳ (1. Tim. VI. 5.) ferenitatem AURIBUS proponit, adeoque visionis propheticæ clarissimam expositionem subministrat. Hoc igitur Jacobæum, non tantum rerum pondere, sed etiam vel solorum verborum gravitate incomparabile oraculum hac vice, tripliæ (juxta trinam mentis nostræ facultatem) tractariis Sectione, intimius & non per transennam intropicere propoluimus. Venerantes Patrem Luminum, velit radio sapientia sua tenebras mentis nostræ dispellere, animumque nostrum luce cœlestis gratiae collufrare & illuminare, ut in ejus lumine videamus lumen, hic quidem δι ἐσπέρας in anigmate; illuc vero eoptice in luce aeternæ beatitudinis nunquam defectura. Amen!

SECTIO I. Philologica.

Dimisso autem priori, versus 17. de gratissima omnis boni & doni effusione, effato; posteriori saltet, ejusdem vers. de Bonitatis & Perfectionis illius Autore, elogium nunc, Jova juvante, σύγχεισθαι & singulas Textus voculas seorsim ἀριθμοῦ γενέσας.

78 Πατρὸς.

§. I. Hebraïs Pater dicitur בָּבֶן a R. בָּבֶן (qs. qui bene vult, sic a propensa in Liberos voluntate dictus) a quo Pasor græcum πατής (facta literarum metathesi, itemque ejusdem organi literarum mutatione &c.) vult derivare Lex. gr. f. 532. Rectius rāmen cum Scapula dixerimus, deductum esse hoc vocabulum, a σπεῖρω: ut dicatur πατής, qs. πατής, sicut & latinum Sator pro Patre usurpatur, pro patre, intellige, physico generante, non vero pro adoprante, neque pro creante, qui est solus Deus. Scite ergo Euſtathius, Deum πατήσα appellari, dicit, qs. πάτερ τηρεῖται: Hominem vero qs. παῖδας πηρεύται. Et sic, respectu Dei non incommode derivari potest a παῖς; quomodo & prīci Siculi, Bithyni & Scythæ dixerunt παῖς pro πατήρ; quod Syracusani per ἀναδιπλασίαν pronunciare πατήπας: (vid. Magnif. Du. Praefid. disp. an. 1672. d. g. Jan. in Orac. ex Jes. IX. 6. 7. Rep. M. Christopher. Beyero, §. XIX.) Quia Deus est omne in omni; (Quod gentiles etiam natura duce agnovere. Unde Poeta: Jupiter est,

est, quocunque vides, quoctunque moveris. *Lucan. lib. 6. Et Orpheus
in hymnis:*

Jupiter Omnipotens est primus & ultimus ipse,

Jupiter est fundamen humi ac bellantis Olympi;

Jupiter est caput & medium; Jovis omnia munus, &c.

Sophocles in Trachinis: ὁ τῶν αἰτίαν τὸν ζεὺς πατέρα ὀλόυπην. (Θεοί) Pater omnium Eph. IV. 6. Ens entium Apoc. I. 4. 8. coll. i. Cor. VIII. 6. Pater Patrum Matth. XXIII. 9. Neminem Patrem vestrum vocetis in terra, unus enim est Pater vester, qui in celo est.

§. 2. Varii autem est τὰ πατέρες in scripturis acceptio. Vel enim usurpati pro Parente secundum esse: vel, ut Paulus loquitur secundum carnem Ebr. XII. 9. pro Avis & Atavis nostris, a quibus originem duximus Gen. XXVIII. 13. Isa. XLIII. 27. Job. VIII. 39. 53. 56. & alibi passim. II. Pro Patre secundum dici, seu morali. Quales dicuntur: (Α) vel ratione Reverentia, ut (α) Reges, Magistratus, Domini, i. Sani. XXIV. 12. 2. Reg. V. 13. XVI. 7. quo sensu Machir dicitur Pater Gilhadis, i. e. juxta quosdam, Princeps istius Regionis i. Paral. II. 21. 23. Vid. Ravanell. P. II. Biblioth. S. f. 506. (Β) Patries Ecclesie (cujus ordinis titulum πατέρες εἶχον sibi soli rogat Papa, papae!) Praepositi, Doctores i. Cor. IV. 15. Judic. XVIII. 19. 2. Reg. II. 12. VI. 21. Sic Patriarche appellantur Patres Job. VII. 22. Rom. IX. 5. & omnes fideles V. T. qui etiam πατέρων βότεροι, i. e. ut Beza vertit, Majores seu Antecessores, appellantur Hebr. XI. 2. quorum animas, corpore solutas in limbum Patrum detrusas fuisse, usque ad afeensionem Christi, Patrie comminiscuntur, ex parte consentientes cum Marcione, de quo Ireneus lib. I. cap. 29. & Epiph. heret. 21. Patres itidem indigantur Doctores Primitivae Ecclesie; quorum Dicta & Scripta quidem superstitiosa nimis venerantur observantia, illorumque Autoritati plurimum tribuunt, immemores istius Laetantii, Ha sunt, inquietis, religiones, quas sibi a majoribus suis traditas pertinacissime tueri ac defendere perseverant, nec considerant, quales sunt, sed ex hoc probatas atque veras esse confidunt, quod eas Vereres tradiderunt, tantaque est vetustatis autoritas, ut inquirere eam scetus esse ducatur. Lib. II. Instit. de orig. err. cap. 7. Et Lib. 5. cap. 20. ait: A quibus si persuasione ejus rationem requirat, nullam possint reddere, sed ad Majorum judicia consurgant, quod illi sapientes fuerint, illi sciuerint, illi probaverint, quid est optimum. Sicque seipso sensibus privant, ratione abdicant, dum alienis erroribus

ribus credunt &c. Cum memores esse debeat illius Augustini: Cypriani autoritate non teneor: quia literas Cypriani non ut Canonicas habeo, sed eas ex Canonicis considero, & quod in eis divinorum Scripturarum autoritati congruit, cum laude ejus accipio: quod autem non congruit, cum pace ejus responso. L. II. c. Crescon. Gramm. c. XXXII. Confund. Epist. XLIX. ad Vincent. c. Domatist. allegatum etiam dist. IX. c. noli. 9. Vide his Episcopatum, qui ait, tirulum Patrum non sine parvo veritatis prejudicio ac deprivamento in Ecclesia usurpari ceptum. Resp. ad Epist. Wading. c. i. Tom. I. Oper. f. 132. b. Transfunt paulatim Tituli in gloriam, & cum etate acquirunt Majestatem, qui perculse mentes impediuntur, quo minus progreedi possint ad liberam veritatis inquisitionem. (γ) Seniores seu etate profecti. i. Tim. V. 1. i. Job. II. 13. 14. (δ) vel ratione Beneficentie: ut Tutores, Curatores, Patroni, Mæcenates, Amici &c. Gal. IV. 1. 2. Hiob. XXIX. 26. 27. quo sensu & Deus, Pater Judæorum Esa. LXIII. 16. Jerem. XXXI. 9. ac Pater orphanorum, dicitur Ps. LXVIII. 6. Quemadmodum etiam ap. Joseph. Antiqu. Lib. XI. c. 6. Artaxerxes Amanem vocabat Patrem suum & Lib. XII. cap. 3. Antiochus M. eodem titulo coherestabat Zeuxidem amicum præcipuum; & Demetrius Lasthenem, Lib. XIII. c. 8. III. Pro Autore, Inventore sive instauratore aliquius rei. Ut Lamechi Filii Gen. IV. 20. Sic Cicero Hocratem vocat Patrem Eloquentiae: Sic Horatius Æolum, ventorum Patrem: Sic Christus Diabolum Patrem mendaciorum. Job. VIII. 44.

§. 3. IV. Pro Creatore seu Deo: & tum vel (N) ὑποτατινῶς (α) Pro Prima SS. Triados Persona Epb. III. 14. 15. (β) Pro Secunda: Iesa. IX. 6. (γ) Pro Tertia, ut in Hymno Pentecost. ubi Spiritus S. Pater pauperum nominatur. (δ) Κύριῳ, pro Tota SS. Trinitate creatrice & conservatrice operum suorum i. Cor. VIII. 6. Matth. VI. i. Luc. XI. 3. Quam uixt ἐξοχὴν PATREM vocamus; non ut Parentes nostros contemnamus, sed ut ILLUM omnibus anteferamus, qui nos creavit & adoptavit, ait Chrysost. Hom. 51. in Matth. Et Hom. 43. oper. imperf. in Matth. Ecce, inquit, in arbore, quamvis plurimi rami plurima producant folia: tamen omnium ramerum & folium una dicitur radix. Sic & in mundo, quamvis bono hominem generet: tamen unius est Pater, qui omnes creavit. Et haec significatio (Essentialis) est h. l. propria: ubi DEUS Pater Luminum dicitur. Idque vel: (α) Formaliter: quod Essentia divina sit merum Lumen, teste Symb. Niceno: Lumen de Lumine,

Lumine. Conf. Glass. Philolog. §. Lib. III. Tract. 1. Can. §. n. 2. ubi h. lata exponit: A Patre Luminum i.e. luminissimo, glorioſſimo. *Supra quem non ascendit Lux ejus*, ex Hiob. XXV. 3. (β) *Virtualiter*: quia creavit lumina ſiderea Gen. I. 2. & Lumina Angelica Ebr. XII. 9. Ps. CIV. 4. & Autor est verbi ſui, quod Lumen eft Ps. CXIX. 105. XIX. 9. 2. Petr. I. 19. (γ) *Poffeffive*: quia habitat in Lumine inacceſſibili i. Tim. VI. 16. Ps. CIV. 2.

Τῶν Φωτῶν.

§. 4. Non sine indice digito a Luminis productione Deum mundi primordia inchoaffe, facile ominamr. Dei enim Creatoris ſignum quaſi & Hieroglyphicum eſt lumen & analogia divinae eſtentiae. Hinc angelos cum primaey luce creatos eſſe, plurimi (quorum ſententiam nunc non examinamus) arbitrantur, quod & luminofe ſint eſtentiae, & dicuntur Luciferi Hiob. XXXVIII. 7. & idēo primos creatos eſſe, quia proxime ad naturam Dei ſpiritualēm p̄eageris creatureſ accedant. Et ſane, quo quid nobilius, eo luminofius: & quo propius ad naturam ſpiritualēm ſeu ad ſedem cœleſtem accedit: eo plus de qualitatibus luminofis partipiat. Sie inſima Terræ moles umbra & nocte obſcurior eſt; at pellucidam Aqua habet proprietatem, quia altius affurgit, & longius a terræ natura recedit: longiflume Aer: & eo longius, quo propius ad cœlum; Quid tandem fere torum eft Lumen, luminibus ſidereis conſertim undiquaque obſitum atque ſtipatum.

§. 5. Expendemus igitur nunc voculae Luminis naturam, quæ vulgo trip̄rīta ſubſtat ſignificationi, Propria ſeit Metaphorice, & Metonymicae. Significat ergo (Ν) *Proprie*, Splendorem ſeu Lucentem, ſive illa ſit immediate creata Ps. LXXIV. 16. Apoc. XXII. 5. ſive ab hominibus accenſa & ſuſcitata Luc. XVIII. 16. Act. XVI. 29. (β) *Metaphorice*, denotat vel (α) id, quod eft maniſtum Ps. XC. 8. Job. III. 20. seq. (β) *Intellectum*, Rationem, Matth. VI. 23. Luc. XI. 35. Si lu-men, quod in te eſt, ſunt tenebre: quanta erunt ipſa tenebrae? (γ) *Lati-tiam*, Eph. VIII. 16. Judeis erat Lux & latitia. (δ) Benignum Dei fa-vorem Ps. XXVII. 1. Κύριος φωτισμός μου, Hiob. XXIX. 3. ὅτε τῷ φωτὶ δυτὶ ἐπορεύεμεν, uti LXX. Conf. Ps. CIV. 2. lumine amictus tar-quam veſtimento. (ε) Ipsiū DEUM, i. Job. I. 5. ὁ Θεὸς φῶς εὐτρ. Apoc. XXI. 23. XXII. 5. ἡ δόξα τῷ Θεῷ ἐφωτισεν αὐτὴν, illuminat. (ζ) *Meffiam* Luc. II. 32. φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, Apoc. XXI. 11. Job.

Joh. I. 9. Hic erat Lux illuminans &c. Et Christus dicitur *Splendor gloriae Dei Ebr. I. 3.* qui a Patre Luminum, tanquam radius a Sole, resplendet. Seite Lyranus: *Filius procedit a Patre, ut splendor a Sole, Splendor est Sol coeetus, & effet eternus, si Sol eternus effet.* Et *Psal. XXXVI. 10.* dicitur *in Lumine tuo videbimus Lumen:* quod Rabbini veteres de Messia interpretati sunt, quibus favebat locus *Malach. IV. 2. Luc. I. 78. Num. XXIV. 17.* (vid. *Galatinum lib. 8. cap. XI.* vel potius *Reymund. Pugion. Fidei P. II. c. XI. fol. 333. & Druſium lib. 15. Obſervat. cap. 4.*) Conf. *Glaſſ. de hac materia prolixo diſcurrente lib. V. Philolog. S. Traſt. I. cap. 8. fol. 174. seqq. (n)* *Verbum Dei Pf. XIX. 9. CXIX. 105. i. Petr. I. 19. 2 Cor. IV. 6. (b) Regnum Cœleſte & Ecclesiasticum Coloff. I. 12. collat. 13. 14. ēv τῷ Φῶτι;* i.e. in Regno Christi gratioso *Luc. XVI. 8. viō τῷ Φῶτος, filii Lucis. e. Ecclesiſe Epb. V. 8. i. Job. I. 7. (i) Doctores & Ministrorum Ecclesiæ Matth. V. 14. Vos estis Lux Mundi. (j) Metonymice, denotatur vel (a) Ipse Ignis, Mar. XIV. 54. Petrus, Θερμανόδως θέρμης φῶτος, calefaciens se ad ignem, collat. cum *Luc. XXII. 55.* ubi per πῦρ explicatur. Sicut etiam apud Ebraeos רֹאשׁ tam Lucem quam Ignem innuit. Unde est fortassis lat. urere, & græc. ὀργᾶν, obſervante Boza. (β) DEUS, Apoc. XXI. 23. illuminans *Pf. XXXVI. 10.* Et hic dicitur *Pater luminum,* quia luminum tam corporalium quam spiritualium autor est, indeque signis & symbolis lucis a condito usque mundo semper est delectatus. Sic apparet Moſi in rubo ardenti, non comburenti, ideoque mere splendenti *Exod. III. 2.* Israelitas ducebat in columna ignea lucente *Exod. III. 21. sq.* & Pectorale Sacrum vocabatur אַוְרָם Inde Plato, teste Justino, cohort. ad Græc., dixit: Εγ τῇ πυρεώδῃ στοίᾳ τὸν θεόν εἶναι. Et superstitiosus Papatus adhuc lumina & candelas multas in templis suis, in gratiam & delectationem Dei, stulte accedit. Vid. *Corn. Henr. Agrippa, Occult. Philos. lib. I. cap. 7. seqq. (γ) Fenestra, Gen. VI.* ubi clarum Lumen (*Ebr. זְהָב* quæ vox proprie splendorem significat) efficere arce, est, ut verterunt *Trem. Jun.* efficere, ut arca fenestrata sit luculentissime.*

παρ' ὥ.

§. 6. Particula παρά (apud Poetas πάρα, per apocopē, & παραὶ per paragogē) pro varietate conſtructionis, varias diversarum significationum in scripturis obit vices. (N) Cum Genitivo, signi-

significat a vel ab: 2. Tim. I. 13. quos παρέπειος, amē audīviſti. 2. Tim. III.
14. παρέπειος τῷ Θεῷ, a quo didiceris, it. Luc. I. 45. Job. VI. 45. XVI. 28. Ex-
ceptis duobus locis in Marco: Priori, III. 21. οἱ παρέπειοι ἀντίστησαν, quod
Erasmus reddidit: Qui ad eum attinebant. Th. Beza: Qui cum sanguine
contingebant. Trem. Juniana: Eius Propinquui. Vulgata: ejus Agnati.
Lutherus: die um Iohn waren. Posteriori: V. 26. Mulier sanguinis
fluxu laborans expenderat τὰ παρέπειοι ἀντίστησαν πάντα, omnia sua. Ubi
ly παρά illi propinquitatem; hic possessionem denotat.

§. 7. (β) Cum Dativo, plerunque Apud. Luc. I. 30. Inveni-
ſi gratiam παρά τῷ Θεῷ, apud Deum, XVIII. 27. Impossibilia παρά
αὐθεντίοις, apud homines, possibilia sunt παρά τῷ Θεῷ apud Deum.
It. Joh. XIV. 23. Aet. XXI. 16. XXVI. 8. Sic elliptice subintellecūm
eandem obtiner significationem, ut Hebr. IV. 2. contemperans fidēi
(παρά) τοῖς αὐτοῖς, apud illos, qui audierunt, &c, Cor. II. i. Εὑρίσκει
(παρά) ἐμαυτῷ, constitui apud me. Interdum tamen etiam denota-
re potest In, ut h. l. nostro, & aliis, & Joh. XIV. 23. Manebimus apud
eum, & in eo.

§. 8. (α) Cum Accusativo: (α) Ad, Matth. XV. 29. Εἰ 30. παρά
πόδας ad pedes, conf. Luc. X. 39. Aet. XIII. 16. (β) Apud, Juxta: Luc.
V. 1. παρά τὴν λίμνην (ut Tremell. & Vulg. habet) apud stagnum
Marc. I. 16. Aet. IV. 35. 37. Matth. XX. 3. sedentes, παρά juxta viam
(γ) In, Matth. XIII. 4. 19. παρά τὴν ὁδὸν, in viam (δ) Pre: vid. §. 9. sq.
(γ) (ε) Propter: 1. Cor. XII. 16. 8. παρά τῷ στό, num propterea. Et Aristot:
lib. III. Etb. ad Nicom. cap. 6. §. 4. Hī vero, inquit, sunt sperantes παρά
τὴν ἐμπειρίαν, propter experientiam, (ζ) Contra: Aet. XVIII. 13. παρά
τὸν νόμον, contra legem persuadet is DEUM colere Rom. I. 26. muta-
runt usum naturalēni in eum, qui est παρά φύσιν, contra naturam.
Rom. IV. 18. Abraham sub spe, παρά ἐλπίδα, contra spem credidit.
XVI. 17. Et scandala, παρά τὴν διδαχὴν, contra doctrinam, quam di-
dicistis, facientes (η) Prater, Ultra: Luc. III. 13. Nihil, παρά τῷ δια-
τεργάνων, ultrav el prater id, quod constitutum est vobis 1. Cor. III. ii.
Fundamentum aliud nemo potest ponere, παρά τὸν κελευσόν, prater
id, quod positum est. Gal. I. 8. 9. Si quis evangelizet vobis aliud, παρά
τῷ prater id. Quem locum Gordonius Huntlaus (secutus Bellarminum
lib. 4. de V. D. cap. 10.) in Epit. Controv. p. 126. sq. per contra exponit.
adducens ll. cc. sup. in (ζ) ad stabilendum Traditiones: nam A-

Molorum non ea, quæ præter verbum scriptum, sed tantum quæ contra id afferuntur, prohibuisse contendit, contra Matth. XV. 9. Sed refutationem textus ipse ad latus reservat juxta illud Ebraeorum: **אֵין מָקוֹם שְׁפָרְקֹן מִנִּים וְאֵין רַשּׁוֹבָתוֹ בְּצָרָן** i. e. nullus est Scripturae locus, quem avulserunt Heretici, qui non habeat responsionem in latere suo. Extat enim præced. v. 6. vox ἐτέρου, quod præcise significat tale aliud, quod saltem est distinctum seu diversum ab aliquo, licet illi non formaliter sit contrarium. Sic enim Hom. Iiad. Χωλός δὲ ἔτερον πόδες, claudus pete altero (non, contrario...) Et Ibneyd. Ἐτερός ἔτερος προφέτης, alter alteri præstat (subordinate, non, contrarie) Aristot. lib. 3. Ethic. Ἔτερα γάρ ἔτεροις ἐστιν ἡδέα, alia aliis placent.

§. 9. In compositione verbum suum, quod afficit in diversas rapit significaciones. Significat enim (α) Motum ad locum: Matth. II. 1. παρεγένετο, advenere. (β) Iniquitatem: Matth. XV. 2. Quare discipuli tui, παραβάντοι, inique transcedunt traditionem? Judæi παρεπέδουται, i. e. inique præter jus & fas insinuarunt se quidam; ceu exponit Jun. in not. ad Epist. Jud. Tom. I. opp. fol. 1670. (γ) comparationem: vel Similium (si cum verbo): Marc. IV. 30. εν πτοῖα παραβάλλειν, qua collatione comparabimus; vel imparium (si cum nomine construatur): Lyc. XIII. 2. 4. Putatis hos Galilæos, παρὰ πάντας, præ omnibus peccatores fuisse? Rom. I. 25. coluerunt creaturas, παρὰ κτίσαντα, præ creatore, XIV. 5. quidam judicant diem præ die. Ebr. I. 9. præ locis suis. Ps. XXXV. 5. Jehovah est magnus; παρὰ πάντας τὰς θεός, ut LXX. reddunt.

32.

§. 10. Quomodo tripliciter Græcorum & adhibeatur, ex Grammaticis constat. Cujus nunc Saltem & USUM, & VIRTUTEM videri opere pretium erit. Ponitur autem (α) Pro simplicitate negationes & se protendit ad sequentia verba negative; qui sensus etiam præsentis loci est, & in Scripturis alibi: Matib. V. 37. Jacob. V. 22. palim (β) Pro comparativa particula: Gen. XLV. 8. οὐχὶ ὄμοις; Non vos, sed Deus me hue misit, i. e. Deus potius, quam vos. Prov. XVII. 12. collat. 1. Sam. XVII. 8. & Hof. XIII. 8. Occurrat ursa orba invirum, ac non solidus in similitute sua. Trem. Jun. ira: Expedit magis ursa occurrere, quam &c. Luth. Es ist besser einem Bären begegnen, denn die

die Jungen geraubet sind, als re. Quod autem LXX. male: ἐμπεσεῖται μεγίστη ἀδελφούν, οἱ δὲ ἄφροις διαλογιζόνται κακά, i. e. incidat solicitudo viro prudenti: insipientes vero colloquuntur mala, i. Cor. I. 17. coll. 14. 16. ἡ ἀπεισθέλε, non misit me ad baptizandum, sed &c. i. e. porinus ad Evangelizandum, quam baptizandum. (γ) Εἰλειπτικῶς, pro non solum: Gen. XXXII. 28. ἡ λαθήσεται, i. e. non solum vocabitur nomen tuum Jacob, sed & Israël (utroque enim nomine vocatur posthac indiscriminatum.) Matth. X. 20. ἡ γὰς ἵμες ἐστε, i. e. non tantum vos loquimini, sed & comprimis Spiritus S. Marc. IX. 37. qui me suscepit, εἰς ἐμέ, i. e. non tantum me excipit, sed etiam Patrem. Ita & Job. XII. 44. V. 22. (δ) Extra debitum locum: Rom. III. 9. Quid ergo? πραελλιμός ἡ πάντας (non omnino, h. e. aliquatenus) pro πάντως ἡ, omnino non. Exod. XXXIII. 2. ἡ γὰς υἱὸν Ιων, non videbit me homo & vivet, pro: dum vivit, non videbit me. Deut. XXII. 4. ἡ χούπερόψει, non videbit & occultabit, pro: si videbit, non occultare debet. (ε) Abundanter: i. Job. II. 22. Negans, ὅτι Ιησοῦς εἰς ἐστιν, quod Jesus non sit, i. e. quod Jesus sit Christus.

§. II. Habet præterea particula ἡ, virtutem (α) contrarium affirmandi, si ante verbum ponatur: Exod. XX. 7. ἡ γὰς μὴ καταπλόν, non relinet impunem, i. e. gravissime puniet. Levit. X. 1. obtulerunt ignem alienum ἡ πρεστίταξε, quem non præceperat, i. e. quem severissime prohibuerat. Apoc. XVIII. 7. χρῆσαι εἰς vidua non sum id est, populosa sum admodum, οὐ πένθος εἰς θάνατον, & hunc non video, i. e. summe semper latabor. Vide plura ap. Glaff. Philolog. S. Lib. III. Tract. 3. can. 20. Tr. 5. can. 20. (β) Privandi, si ante nomina ponatur. Prov. III. 25. Formica populus sunt non validus, i. e. infirmus. Hof. XIII. 13. Ipse filius ἡ ὁ Φρόνιμος, non sapiens i. e. stolidus Conf. Esa. XIV. 6. plaga non recedente, i. e. urgente & manente. (γ) Negationem intendendi, si negationes duplicantur aut triplicantur: Luc. XXI. 33. verba autem mea, ἡ μή, non transibunt, it, Job. XIX. 41. passim. Matth. XXIV. 21. Erit afflictio magna, qualis non fuit, εἰς ἡ μή, & non futura εἰ, it. Marc. XIV. 25. Luc. X. 19. XXIII. 33. ἡ εἰς τὴν ἀδείκνυτον κέρευσιν, ubi non erat nondum nemo positus. Vid. Glaff. Philol. S. Lib. III. Tract. 5. can. 20. n. 3. pag. 281. sq. Pafor. Lex. græc. p. 519.

Ἐγώ.

§. 12. Εἴς (per Syncop.) pro ἔτεσι a verbo εἰπι, quod ab inu-

fit. *τὸν* sum, cuius (simplicis) innumeras in scripturis significacionum varietates enumerare, nostri jam non est propositi; sed solum de compositione *τούτου* hic erimus solliciti. Dicitur vero *τὸν* inesse de modo & *adhærentia* & *inhærentia* accidentalis, & in sacrificiis usurpatum per modum inhærentiae sive adhærentiae, v. g. uarum in vita, membrorum in corpore, aut etiam accidentium in substantia. Sic *Gal. III.* 28. & *Coloss. III.* n. 8. *εἰνὶ Ιαδαῖοῖς*, *εἰνὶ δέλταις* &c. i. e. non inesse, h. e. non adhæret Christo (nostrae virtutis; nostro capiti) *Iudeus*, qua *Iudeus: Græcus*, qua *Græcus*, servus, qua servus &c. sed omnes εἰς unus (unum congregatum corpus) estis in *CHRISTO IESU*. Notabilis præterea locus est *Luc. XI. 41*. Date in elemosynam τὰ ἔρωτα, quæ insunt (ceu accidentia prava,) quasi dicat: intra pectus vestrum est plenum rapinarum & malitiae, idcirco purgare & lavare (non exterinas manus, sed) interna pectora, & (loco raptus) dare pias elemosynas, & omnia erunt vobis munda, mundato corde, ex quo omnia promanant *Matth. XV. 19. 20. XII. 35*. In nostro præfenti loco, procul dubio utraque, & adhærentia & inhærentia negatur, cum Jacobus accurate dicat: Παρ' ὧ σὺ εἰς, quod significare potest; &: in quo non inhæret; &: apud quem seu cui non adhæret accidentialis quedam transmutatio; cum in DEUM nulla cadant Accidentia, ut ex seqq. patet.

παραλλαγῆ.

§. 13. Est hoc Nomen a παραλλάτῃ (quod ab αλλάτῃ) alterno, permutatim vario: Unde παραλλαγὴ & παραλλάξις, discrepanzia (*Plato* pro hallucinatione etiam & aberratione posuit, si credimus Budæo.) Cum vero hoc vocabulum extra hunc locum in sacrificiis non reperiatur (quæ tamen ejus acceptio sit in profanis, videri possunt ap. Scapulam;) idcirco nil nisi emphasis ejus hic notabimus, quam scil. Apostolus hac singulari & vix obvia vocula exprimere voluerit. Notum autem est, quæ ap. Mathematicos παραλλαγῆς, seu, quod idem est, παραλλάξεως sit formalis ratio: nimirum stella aut aliquod meteoron minori conspicitur figura, quam quidem revera obtinet: eam discrepantium illi, beneficio dimensionis juxta proportionem, judicare norunt. At talis παραλλαγὴ, inquit Jacobus, in Patre Luminum non est. Cum enim DEUS sit ipsa essentia, mutabilis sive variabilis esse non potest, aut aliter se nobis

nobis exhibet, quam revera est, quia essentiae (*qua sunt sicut numeri*, dicente Aristot.) non sunt successivæ; ideoque nec mutabiles. *Mutari enim est*, inquit Scotus in *Phys.* ex mente Aristoteли, *aliter se habere secundum prius & posterius*. Talis autem mutatio dupliciter contingit; vel *intrinsece* vel *extrinsece*. Hanc, qua in sensu incurrit, de DEO negat & oculus & experientia; illam respuit Essentia divinæ simplicitas. Confirmat hoc veritas cum revelata, tum innata, seu sana Ratio. Nam *Mich. III. 6.* DEUS diserte dicit: *Ego sum DEUS, & non mutor*. Ratio vero sana sic discurrit: omne id, quod mutatur, secundum accidentia mutatur. Accidentia enim sunt adjuventia perfectionis, substantiam perficiunt. At talia in DEO nulla sunt, qua omnia praeclarissime demonstrat *Magnif. Dn. Praes.*, in *Colleg. suo Anti-Soc. Disp. VII. fol. 66.*

¶.

§. 14. Discretiva hæc, h. l. in famosiōri sua significatione positā, varias alioquin in S. Literis inducit significations. Habet enim vim (*α*) *discretivam*, Aut, Vel; quando nimirum rebus paris dignitatis aut bonitatis interjicitur; uti h. l. & *Marc. VII. n. 12.* si dixerit homo, τῷ πατέρι καὶ τῷ ἀντεῖ, *Patri aut Matricorban.* *Matth. XXIX. 8.* Si manus tua vesp tutus te offendat. Non vero tam *disjunctionem*, quam *disinctionem* innuit, inquit Glaſsius. (*β*) *Negativam*: quando res imparis bonitatis media conjungit *Pſ. CXVII. 8.* aliqui redundunt: *melius est confidere in Domino, quam in hominibus*; cum potius reddendum sic: *Bonum est confidere in Domino, non in hominibus*. Sic *Luc. XVIII. 14.* *Descendit hic iustificatus in domum suam, οὐ εἶπεν* *τοι*, *non ille*. Male enim vertit Beza: *quam ille, cum Phariseus plane injus- tus fuerit.* (*γ*) *Comparativam*: vel, cum affirmatione in *subordinati-* *ut 2. Paral. XXIX. 6.* *Non solum homini iudicatis vos, εἰδὲ οὐ, sed po-* *tius Domino* *vel, cum negatione in contrariis, i. Cor. VII. 9.* *κρείσσον γε-* *μησαι, οὐ πυρεθει, melius est nubere, quam uri*, i. e. *uri plane non est* *bonum.* Quod Logici comparationem impropriam vocant. *Luc. XII. 51.* *Si putatis, me venisse pacem daturum in terra, non; εἰδέ οὐ, sed* *dissidia potius,* *Luc. II. 26.* *πρὸν οὐ τὸν πρῖus quam vidisser, i.e. non vide-* *rat.* Sic Demiſh. in *Orat. ad Philipp. Epist. μετὰ ζωὴν Ορθολογίαν, οὐ καθ'* *αὐ-* *τὸν αἴρας θεατῶν, μᾶλλον οὐν,* quam ut ab ipso portari queat, i. e. non potest ab eo portari. Quandoque subintelligitur, ut *Job. XV. 13.* *Majo-* *rem*

sem hac charitatem nemo habet (n quam) ut quis animam suam ponat
Ec. (d) Interrogativam: i. Cor. XIV. 36. n d' vμεν, an a vobis ser-
mo DEI profectus est? 2. Cor. XIII. 5. οτι επιγνωσκετε, annon ipsi-
met vos cognoscitis? Plato de Rep. lib. 2. n δωκει σα. (e) Copulati-
vam: Levit. IV. 23. Si Princeps. peccavit — γραπτον, aut notum,
i.e. Et notum fuerit ei peccatum suum: unde etiam LXX. reddide-
runt: καὶ γράψῃ. Rom. IV. 13. Non enim per legem cessit promis-
sio Abraha; n (i.e. καὶ, ut Syrus quoque habet) Et femini ejus, simili-
ter quoque Syrus Et, pro n, usus est in i. Cor. XI. 27. Quicunque come-
derit &c. n, aut biberit &c. Ex quo Papp. communionem sub una
deducere volunt. Verum discreta videntur, Et connectendo fortius co-
pulat; disjungendo parem utriusque specie reverentiam deberi innuit, ut
scire censet Glass. Philolog. S. Lib. III. Tract. 7. can. 8. not. 1. qui etiam ci-
tat Chemnit. Part. II. Exam. f. 35.

τροπής.

§. 15. Dionysius Petavius rāv τροπῶν plenam notionem (pro
autumnali nim. & hyberna conversione) miratur præterisse Viros
doctos vocabulariorum autores, atque cum primis Henricum Ste-
phani dilucentissimam alioqui thesauri conditorem, Rationar. Tempor.
P. II. L. 1. c. 1. f. 3. Significat autem conversionem, a τρίπτῳ verto, unde
τρέπεται, & Tropicus Circulus, qui unus est Zodiaci solaris. Qua-
lem sane etiam Jacobus hie, allegoria gratia respexit; PATREM
LUMINUM cum sole, siderum Principe conferens: ita tamen, ut
Hic quidem Tropicos; ILLE nullo cognoscatur. Sol eternitatis, in-
quit Magnif. Dn. Praes in Anti-Soc. fol. 66. Tropicos non habent sem-
per in solstitiali cardine haret immutabiliter Mal. III. 6. apud Jovam,
non est γενεσις ulla. Permanet enim sicuti est Ps. CII. 2. Neque conver-
sioni aut successioni, neque cursui temporis aut ἀερθυμῷ dierum &
annorum obnoxius est: quanquam singula extra se cognoscatur.
Consentit August. Apud DEUM, inquiens, cursus temporis, diei noctis
que alternatio nequaquam variatur. Unum autem ne vos fugiat, Dilecti
inquit Petrus 2. III. 8. unum diem apud DEUM perinde esse, ut mille an-
nos Et mille annos, ut unum diem, ex Ps. XC. 4.

ἀποστίασμα.

§. 16. Utrumque (præcedaneum ut & præsens) vocabulum
extra

extra li. I. non reperiuntur in Sacris. Usus enim est Jacobus in ma-
teria hac eminentissima voculis minus vulgaribus aut tritis, perte-
rens incepit allegoriam naturae solaris in respectu ad Patrem Lu-
minum, apud quem non est (inquit) ἀποστολα τρια adumbratio, adeo
ut neque ab extra, obscurari possit, multo minus, ut ipse attrahat
sibi obfuscationem ex conversione quasi tropica, declinante aut oc-
cidentaliter; *Quemadmodum Sol in occasu suo ad oppositum hemispheriu-
m se convertens longiores umbras parvit*, inquit Glaff. lib. V. Philol. S.
Tratt. i. c. 8. p. 174. Paulo aliter Salmero: *In Verbis τροπής απεσκία-
σματων alludit ad Solem, qui quadam vicissitudine ac sui ipsius conversione
a Tropico ad Tropicum diversas generat umbras, & quanto magis ad nos
accedit, tanto majores sunt umbrae: DEUS autem non patitur his vicissi-
tudines. Neque etiam Christus qui verus sol est injustitiae Mal. IV. 2.*
Oriens ex alto Luc. I. 78. Lumen de Lumine Ps. XXXV I. 10.

Syno-

Synoptica Dicti Jacobæi Analysis,

SUBJECTUM
Pater, seu
Tota SS.
Trinitas
describi-
tur ab

I. ADJUNCTO
Positivo lu-
minum

II. ADJUNCTO
Negativo

(α) *Formali*, propter luminosissimam ac glo-
riosissimam suam essentiam *supra quam Lux*
ejus non ascendat, *Zobi xxv. 3.* & in *Symb. Ni-*
ceno Lumen dicitur: *Lumen de Lumine*, it.
Apoc. xxi. 23. *Pf. xxxvi. 10.*

(β) *Virtuali*, quia creavit i. Lumina Angelica
Ebr. xii. 9. *Pf. civ. 4.* 2. Lumina siderea,
Gen. I. 2. 3. Autor est VERBI sui, quod *Lu-*
men est Pf. xix. 9. *CXIX. IO5.* i. *Petr. I. 19.*

(γ) *Possessivo*, habitat enim in Lumine inacces-
sibili i. *Tim. vi. 16.* conf. *Pf. civ. 2.*

Essentia, *Malach. iii. 6.* quia omne,
quod mutatur, secundum ac-
cidentia mutatur. At vero in
Deum nullum cadit accidentis.
Pf. cii. 28.

Voluntatis, *ἀνθροειδῆ* i. *Sam.*
xv. 9. conf. *Thom. Part. i. quæst.*
19. *Art. 7.* Aliud est mutare vo-
luntatem; aliud, velle rerum
mutationem. &c.

intrinseci, quoad esse. Est enim
ipse *Sol. Mal. iv. 2.* *umbræ*
omnis, in se, expers.

extrinseci, quoad videri: quia *sit*
pra Ipsiū nullum ascendit Lu-
men, quod in Ipsiū umbras
dejicere posset *Pf. xxxvi. 10.*

SECTIO

SECTIO II. Logica.

Considerata nunc vocum singularium genuina acceptio; ultra ad sensum literalem oraculi Jacobaei nos accingimus, Immutabilitatem DEI ex mente Apostoli hac argumentatione Logica enucleantes:

IN Quemcumque nulla ullius παραλλαγῆς aut vicissitudinis umbra cadit; ILLUS est immutabilis.
Atqui in PATREM LUMINUM nulla ullius παραλλαγῆς aut vicissitudinis umbra cadit.
Ergo PATER LUMINUM est IMMUTABILIS.

§. I. Propositio luce sua radiat. Nam ab omnigena παραλλαγῇ & vicissitudinis negatione ad Immutabilitatem V. C. Id quod ex natura contrarii manifestum evadit. Cum enim illud sit mutabile, quod se aliter arque aliter habet secundum prius & posterius, afferente Scoto in physicis, & in 2. d. i. q. 4; Et vero ἀλλαγὴ fit Modus ἀλλως καὶ ἀλλως le habendi, quod ex ipso vocis sono patet: Ergo contra ILLUD, in quo nullus ullius ἀλλαγῆς aut vicissitudinis locus, nullaque diversa habitudo reperitur, formaliter & ex natura sua erit immutabile. Dico autem: Quod NULLUS ULLIUS παραλλαγῆς locus esse debeat; alias non ABSOLUTA, sed limitata duntaxat & secundum quid pro ratione diversi respectus, statuenda fuerit immutabilitas. Nam respective Ens immobile dici potest, sive I. tantum intrinsece, vel ratione solius essentiae; quemadmodum sic omnes essentiae sunt sicut numeri, Arist. VIII. Metab. 3. & essentiae rerum sunt eterna, juxta canonem, h. e. immutabiles; que tamen, si modificeantur per existentiam, sunt mutabiles extrinsece. Vel ratione solius substantiae, sicuti Angeli & Formae substantiales humanae; qui tamen secundum accidentia & gradus perfectionis aliter arque aliter se habere dicuntur. II. tantum extrinsece, v. g. ratione contingente; quemadmodum sol stans Jos. X. 13. Murus aqueus, III. 16. Exod. XIV. 22. vel etiam ratione visionis seu apparitionis, sine negatione possibilis contrarii; sic in tribus Planctis superioribus nulla dari dicitur parallaxis, ob negatam proportionem inter magnitudinem Terræ ex Loco vero, & Apparente: Teste. Alsted. in Encycl.

C

cum

cum tamen pro absolute vero enunciari nequeat, quod Planetis I-
stis in rei veritate nulla parallaxis convenientia: quis enim veram coe-
li diumentus est altitudinem, ultimosque limites? At vero aliter se
habet Ens, quod absolute immutabile statuendum est: in illud pla-
tine nulla ullius (neque intrinseca neque extrinseca) παραλλαγήⁿ
aut vicissitudinis umbra cadere debet. Immutabilitas enim
(absolute & independenter talis) OMNEM negat mutationem,
omnem, OMNEM motum ac variationem sive exterore si-
ve interiore, ita ut absolute immutabilis ille dicatur, qui sit nec
creabilis nec annihilabilis: nec generabilis nec corruptibilis: nec
augmentabilis nec diminuibilis: nec alterabilis: nec mobilis loca-
li motu: nec variabilis secundum intellectum aut voluntatem, aut
villam potentiam, aut Habitus aut Actiones. vid. Adrian. Heerbord.
Melet. Philos. P. I. Disp. xxvi. Th. 2. p. 96. Ast tale Immutabile non
est, prater solum DEUM, Patrem illum Luminum: quod jam Mi-
nori probandum veniet.

§. 2. Subsumptio evincitur. Unde etiam vel interior varia-
tio in ILLO, qui est simplicissimus: aut exterior apud EUM, qui est
absolutissime independens? Atque hic duo nobis demonstranda
obviam sunt: (N) Ratione Prædicti, quod DEUS fit omnimode
ἀπαραλλαγῆς. (D) Ratione subjecti quod talis ἀπαραλλαγῆ
SOLI PATRI LUMINUM fit propria.

§. 3. (N) A DEO igitur omnes modi παραλλαγῆς (quorum
Becan. Theol. Schol. Tr. I. c. 7. quinque statuit, quibus natura rationa-
lis mutari queat) removendi sunt, & disentienda OMNIS vicissi-
dinis UMBRA. Qualis est (a) EXISTENTIÆ, Dependentis quia
illa est Actus (Peregrinus I. VI. Phys. c. XIII. q. 2. definir per modum,
h. c. determinationem) quo res extra causas suas ponitur hic & nunc. Ex-
ego DEUS (qui nunquam intra causas suas, quas nullas agnoscit, la-
tuit: nec NUNC, secundum tempus determinabile, neq; HIC, ratio-
ne certi πᾶς aut loci ponitur) formaliter per existentiam ab essen-
tia distinctam (quid? quod si existere est rem extra causas ponit,
DEO non competat existentia, si accurate loqui velis. Non enim
nisi ἀνόρως extra causas ponitur, quia causas nullas habet.) non exi-
stet, nec existentia ejus essentia modus est; sed est MERA ESSEN-
TIA;

TIA πέλαγος στόλος, ut Nazianz. vocat *Orat. 38.* quod etiam patet ex nomine θεοῦ Dei essentiali (meram essentiam significante) & aliis cognomentis, v. g. *Exod. III. 14.* ERO qui ERO. *Job. VII. 58.* antequem Abram erat, *EGO SUM.* *Apoc. I. 8.* εἰόν, νεγκόν, ESSENTIA essentialissima, de qua omnia attributa essentialiter & abstractive prædicantur, ut DEUS est ipsa Lux, Veritas, Justitia, Sanctitas, Charitas &c. (β) ACCIDENTIUM. Omne enim, quod aetu est, si mutatur, secundum accidentia mutatur. At in DEO nulla sunt accidentia: quia accidentia sunt adjumenta substantiae eam perfriciunt habentesque se secundum prius & posterius.

Cum autem tria in DEO sint absolutorum prædicatorum genera, penes quae dubitari posset, Num DEUS alio modo prius, alio posterius se habere queat: nam. 1. in Esse ac vivere. 2. in Rerum notitia. 3. In liberis voluntatis affectibus? In quibus ulla novitas secundum prius & posterius aut successio videri posset: Ea singula cordata Antiquitas a DEO declinare pie annisa est. Et

Primum quidem modum excludit Irenæus l. 2. contr. Hæref. c. 64. cum ait: *Solus DEUS est eodem modo se semper habens.* Quod paratione etiam de omnibus attributis divinis intelligendum est, sine quibus divina natura subsistere non posset: de quibus Bernh. in *Cant. serm. 80.* dicit: *Nempe in se manens. (DEUS) quod habet, est et quod est, semper et eodem modo est.* Et August. *Tract. XLVIII in Job.* Sic habet vitam, ut ipse sit vita,

Secundum modum laudatus modo Augustinus elidit lib. XI. de C. D. c. xxii, sic scribens: *Non more nostro ille vel quod futurum est, prospicit, vel quod praesens est, apicit, vel quod preteriū est, respicit; sed alio modo quadam, & nostrarum cogitationum consuetudine longe lateque diverso.* Ille quippe non ex hoc in illud cogitatione mutata, sed omnino immutabiliter videt: ita, ut illa quidem, que temporaliter sunt, & futura nondum sunt, & praesentia jam sunt & preterita jam non sunt; ipse vero hæc omnia stabili ac sempiterna praesentia comprehendat. — Nec aliter nunc & aliter antea, & aliter postea quoniam non sicut nostra, ita & Ejus quoque scientia trium temporum varietate mutatur. Neque enim eius intentio in cognitionem transit &c.

Tertium modum excludit iterum Bernh. l. c. serm. sq. Cum constet, inquietus, suis affectibus mutari eam (de Anima nostra loquitur)

agnoscat ITA DÉO esse immortalitatem similem, UT sciat sibi deesse non modicam immortalitatis partem, solum DÉO cedens absolutam perfectam que immortalitatem, b.e. immutabilitatem.

Subtiliorem vero hic Scholastici mouent questionem: *An Novitas relationum Dei ad creaturas arguat in eo mutationem aliquam?* v.g. *An Deus ad creaturas se aliter habuerit ante actum creationis, aliter in actu, aliter nunc denique post actum creationis. Magist. I. d.30. D. Thom. II. contr. Gent. c.12. Et de potentia q.7. art.10. Scotus ini. d.1. q.4.* Et quidem quod *Relationes Rationis* in Deo nihil ponant, certum est. Quod vero attinet ad *Relations Reales*: recte Nominales (*Ocham. in t. d.30. q.5. Gabr. ibid. Gregor. in t. d.28. q.3. art. 1. Durand. d.30. q.3. c.15. f.1. sq.*) dixerunt, eas non satis esse, ut Deus illis advenientibus aut recendentibus mutari dicatur; cum Relationes nihil aliud sint, quam *Denominationes* a veris rebus: quandoquidem in Deo realiter tales relationes non sint, quia Deus est purus actus, nec alio atque alio modo, secundum potentiam & actualiem causalitatem, sese habeat ad creaturas. Ex mente Ang. Lib. V. de Trin. c.15. ap. Petav. Lib. III. Dogm. Theol. cap. II. §. VIII. f.182. Contra quos pugnat Fonseca, qui vid. Lib. VII. Metaph. cap. VIII. q.4. f.7. conf. Lib. V. cap. XV. quest. 1. Sect. 7. sq. docum. 5. Tom. II. fol. 806. (y) MOTUUM. Si enim omnia moventur, deveniendum tandem est ad Ens aliquod actu necessarium, primum movens immobile, a quo cetera dependent & moventur. Antiquissimus autem motus est motus localis, quo omnes motus ac mutationes posteriores sunt, quod ex mente Aristot. bene probat D. Drejerius, Sapient. Disp. XVI. At vero Motus localis primus a primo Motore proficitur, sed Ipse est primi motus causa. Hic ergo in eum non cadit, & per consequens nec ceteri: Sunt verba ejusdem Disp. XVI. §. ult. pag. 214. & preced. §. 9. p. 204. Nam motus localis, inquit Arist. XII. Metaph. VII. prima mutationum est; ceteri enim omnes ab hoc pendunt: Inter locales vero primus simpliciter est circularis simplex, hic vero a primo motore oritur: ideo non datur ullus motus, qui ab Ipso non proficiatur, & sic omni motu prior est. Et tandem scite concludit: *Quare nullum ipsum motum capit, & proinde prorsus immutabilitis est.* Idem efficacissime probat Celeberr. Borussorum Theologus D. Milentia p.m. in Colleg. Corp. Doctr. Pruten. Disp. III. tb. 25. num. 3. ex Scripturæ S. dictis: inquisens:

ens: *Immutabilitas, qua omnis mutationis Deus est expers: Hoc enim pre-requirit CAUSAM, que mutet, qualis supra Deum nulla; ejusque causa allegat Ps. CII. 28. Sicut operiorum mutabis eos & mutabuntur; TU autem idem ipse es &c.* Mal. III. 6. Rom. I. 23. *Incorrumpibilis DEUS (absolute) i. Tim. I. 17. Jac. I. 17.* Nec obstat i. *Quod Deus sit intime in nobis:* E. motis nobis, ipse movetur localiter, moveri autem est mutari. *Resp.* Est in nobis non per dependentiam, sed per repletionem, *cælum & terram ego impleo*, Jerem. XXIII. 24. Hinc sit, ut nobis motis ipse maneat immobilis, quia nos ab ipso, & in ipso movemur Act. XVII. 28. Etiam anima in nobis est, nec tamen cum Spiritus sit, in nobis, dum movemur, commovetur. Nec 2. *Quod Filius DEI generetur bodie Ps. II. 7.* Est enim illa generatio ineffabilis, & modulo generationis nostra corruptibilitati proxima, non mensuranda. Generatio illa Filii non Physice, sed Grammatice solum passiva dicitur, sine mutatione ejus, qui generatur. Nec 3. *Quod DEUS transferit de uno contraditorio* (v. g. de Non-creante de Non-Hominey in aliud. Quæ transitio non videtur fieri posse sine mutatione sui. *Resp.* verbo: Actus ille creationis non est in Deo, secundum actum & potentiam, sed in Re, quæ transit a non esse ad esse. Quoniam Deus est Actus purus, semper agens sine prævia potentia. Igitur est mutatio REI, non DEI. (d) *HABITUUM Intellectus & Voluntatis.* Nam Intellectus est INTUITIVUS, omnia nuda & aperiata sunt oculis ejus Hebr. IV. 13. Voluntatis autem neque Liberas neque Decreta inferunt vicissitudinem aliquam: *Non enim est Deus, quæ homo, ut mutetur (ratione voluntatis)* Num. XXIII. 19. Scite Thom. P. I. q. 19. art. 7. *Aliud est, inquit, mutare voluntatem, aliud, velle rerum mutationem.* Hoc, non illud Deo competit. *Voluntas enim Dei permanebit (ratione decretorum)* Proverb. XIX. 21. Nam (1.) illa libertas tantum contradistinguit coactioni (2.) vicissitudo secundum prius & posterius est in objectis decretorum, non in voluntate discernentis; uti nervosi distinguit Magist. Dn. Praes., Colleg. Anti-Soc. Disp. VII. Obj. V. f. 67. sq. Ubi omnes obj. contra volunt. mutabil. exasse refutantur. (e) *APPARENTIAE EXTRINSECÆ Θεοπεπνῶς enim Affectiones* v. g. iræ, offensionis, mutationis sententiae &c. Deo convenient: cum revera, neque secundum apparentiam & nostrum concipiendi modum, locum in Deo inveniant. Qui enim con-

conciperes Spiritum, cum ebullitione sanguinis circa cor? In-
tuentum, cum reminiscens? &c. &c. Merita hec abuso Nominiū
est imbecillitatis nostrae consulens. Philo L. de Cain. & Abel. p. 100. Vane
iraque Fonseca (ib. VII. Met. c. VII. q. 4. f. 7. quia affectus $\alpha\tau\varphi\omega\pi\alpha$ -
 $\vartheta\omega\zeta$ Deo attribuantur, ad faciliorem sententiae expressionem)
hanc sententiam negat; ipse vero accidentia apparentia Deo ob-
trudens ineptam oraculo nostro Jacobeo interpretationem & men-
tem affingit, qua per negatam παραλλαγὴν (recte quidem) immu-
tabilitatem in se: per τροπὴν autem ὑποτικότητα (non apparentiam,
sed) impulsionem Dei ad peccata (quam miseros Lutheranos nunc deli-
rare ipse expresse delirat) vult intellectam. Vis enim verborum
Apostoli est hæc: Quod in Deo ne talis quidem derur conversionis
umbra, qualis extrinsece in Sciotoricis oberrare solet, qua umbra
conversione tempus indicatur cursus solaris. Talis umbra ad De-
um non pertinet, qui est sine ulla (אין טה) mutatione (ordinationis,
qualis est anni, mensis, &c.) Mal. III. 6. alias mille anni non
possent esse instar unius diei Ps. XC. 5, 2. Petr. III. 8. sine ulla itera-
tione, conversione ac τροπῇ. Sol enim aeternitatis (quod repetimus)
τρόπος non habet, sed semper in puncto solstitiali immutabiliter hæret,
ita, ut tota Ædi duratio per omnem aeternitatem sit perpetuum & im-
mutabile HODIE Ps. II. 7. & vix stans, ut Scholastici loqui amant.
Et sic nulla ullius alterationis ac conversionis obumbratio in De-
um cadit.

S. 4. (2) Verum talis omni parte absoluta IMMUTABILI-
TAS non etiam reliquis Luminibus, sive spiritualibus, sive rationa-
libus, sive materialibus; sed SOLI PATRI LUMINUM, a quo Re-
liquasuum Esse luminosum sortita sunt, IPSE autem in & a seipso
independenter Luminosissimus est, convenient & propria est. Cetera
mutantur; TU STAS Ps. CH. 27. Omnis creatura aliquo modo &
motu est alterabilis sive in esse, sive ad esse. Nam si aliqua crea-
tura, praeter Deum, in se foret immobilis & immutabilis, esset utique
vel 1. Materia prima, quæ vulgo dicitur ingenerabilis, & inde incor-
ruptibilis, adeoque immutabilis & (in ordine ad naturam natura-
tam, quia per illam non incepit) æterna, ex mente Aristotelis vel 2.
Cælum, quod vulgo dicitur incorruptibile, propter simplicitatem.
3. Angeli & Animæ rationales, quæ substantiae cum sint simplices &
immor-

immortales, maxime videntur inalterabiles. Atqui nullum istorum est invariabile omnino: E. omnimoda immutabilitas Solius Dei erit Attributum proprium.

Probo I. *Materia enim Prima* est nec Quid, nec Quale, nec Quantum (scil. determinatum) ab Aristotele dicitur, est tamen Ens, & substantia, & quod plus est, commune subjectum omnium mutationum quae sunt, & ultimum, in quod resolvuntur, nequaquam vero aeterna & immutabilis. Licit enim proprie non dicatur generabilis; quatenus autem natura naturata generari ac produci nequit, non tamen est improducibilis a Deo, quia eam ex nihilo creavit, variarumque alterationum, mutationum, ac formarum receptivum seu subjectivum passivam esse voluit.

II. *Celum* non quidem actu est corruptibile, interim tamen valde mutabile, non tantum ratione Motus localis, qua res maxime se aliter atque aliter habet, D. Drejer Sap. Disp. XVII. tb. 8. p. 203. Sed etiam ob non raram novorum meteorum seu cometarum progenerationem, (quae non parum materiam istam celi purissimam & ad aeternitatem usque simplicem labefactare videtur) imo etiam novas stellas fuisse generatas, ut Cassiopea, anno 1572. in Cygno 1600. in pede Serpentarii 1605. a Clavio, Tycho, Keplero aliquique est observatum. Vid. Heerb Vol. I. Disp. XXVI. Tb. VIII. p. 99. At negabit fortassis quispiam, illa meteora (Stellas) fuisse in celo: sed parallaxis eos convincit. Quae enim minorem habent parallaxin remotiora censemur: quae nullam, remotissima. At multi novi cometae minorem habuerunt parallaxin, quam ipsa Luna, quae in celo est. E. fuerunt remotiores quam Luna. Deinde, qua erit materia illa generabilis cometarum? non sublunaris, qua nec tanta copia ascendit, ut tam vastum corpus possit conglomерari, neque ultra 13. milliaris assurgere observatum est. Ex effluviis ergo & exhalationibus planetarum (quales observavit Galileus in Nunc. sider.) & vibrationibus (ut censet D. Willebrord. Snellius Descript. Com. 1618. cap. 7.) oriri & progenerari reliquum est, adeo ut ccelo talis puritas immutabilis, qua vulgo fertur, non attribuenda sit, quod etiam faculae & maculae istae in Sole & Aliis observatae testari possunt. Quamquam igitur celum de facto incorruptibile esse largiamur, variabilitatis tamen & alterationis, etiam quotidiana, expertem esse non concedo.

cedimus. At quid multis? Nonne Salvator ipse dicit: *Cælum & Terra transibunt* *Luc. XXI. 31.* &, *& virtutes cætorum agitabuntur.* v. 26. Clarius: *Cæli, sicut uestes (successive) vetera sc̄ent, & sicut pallium (diurno uisu attritum & paulatim infirmatum) mutabis eos Ps. CII. 27.* Quare etiam si intrinsecè non esset corruptibile cælum est in trinsecetale, quia a Deo in nihilum redigi potest.

III. *Angelos & Animas rationales* intrinsecè ex gratia immortales & immutabiles esse, ambabus concedimus; non tamen absolute. Cum *Angeli* extrinsecè possint a D E O (ratione substantiæ) annihilari, & (ratione accidentium) perfectiori scientia & revelatione illuminari. *Anima rationales* non tantum annihilationi, sed & insuper variis mutationibus, affectibus & passionibus obnoxiae sunt.

§. 5. Ergo PATER LUMINVM solum est IMMUTABILIS absolute & simpliciter, interne & externe, *βατιλεὺς τῶν θυσίων ἀρθατ-* *Rex seculorum incorruptibilis* *Rom. I. 23.* (extrinsecè) *i. Tim. I. 17.* & *ποντὶς ἵχων αὐτοστόλος immortalitatem* (intrinsecam) *solus habens* *i. Tim. VI. 16.* Et evicta autem & stante hac immutabilitate, Divine Essentiæ attributa plurima (ex manuductione B. D. Mislen. Corp. Prut. Disp. III. th. 25. num. 3.) immo omnia demonstrare, non adeo difficile esse potest. Posita enim absoluta DEI immutabilitate, necessario ponitur *Immortalitas*, qua in esse ac vita sua est immutabilis: *Eternitas*, qua DEUS nullam agnoscit vicissitudinem ratione temporis & successionis, a seculo in seculum *Ps. XC. 4. Gen. XXI. 34.* *Simplicitas*, qua certo existentiæ modo non determinatur, ad esse hic & nunc, ratione materiae & forma, quia est spiritus *Ez. XL. 12. Job. IV. 24.* ratione subjecti & accidentis, quia mera essentia, neque ratione potentia & Actus, quia est Actus purissimus, nunquam quiescens. Hinc nulla compositione vel perfectibilis vel corruptibilis. *Unitas*, qua respuit omnem essentiæ multiplicationem & variationem. Ita est unus (inquit B. D. Mislen. l. c. n. 1.) ut sit solus & præter ipsum non sit aliis ejusdem essentia: *Est unus non unitate Quantitatis sed Essentie, non unitate respectiva sed absoluta.* Huc faciunt Deut. VI. 4. xxxii. 39. *Psa. XVIII. 32. Ez. xlvi. 5. 6. 7. 14. 21. sq. i. Cor. VIII. 6. i. Tim. II. 5.* *Independentia*, qua a nullo principio superiori est mobilis & mutabilis, omnium Entium primum & ultimum *Ez. XLIV. 6.* vitam

vitam habens in seipso & a seipso Job. V. 26. *Quis operatus est & fecit illud?* quis vocat generationes inde a principio? Ego Jebova pri-
mum; etiam ultima idem operor Jes. xl. 4. *Infinitas*, qua nullo termino, i. Reg. VIII. 27. Job. xi. 8. altior altissimis ecclis, profundior in-
ferno, longior terrena mensura ejus & latior mari: *Immensitas*, qua
nullo spatio, Ps. cxlv. 3. Ef. lxvi. 1. *Omnipresentia*, qua nullo lo-
co Ps. cxxxix. 8. 9. Jerem. xxiii. 23. Act. xvii. 27. comprehensibilis
est, h. e. non a termino ad terminum non a spatio in spatium, non
a loco in locum moverur, sed omnis in omnibus. *Omnisapientia &*
liberrima voluntas, qua omnia in vobis & puncto immutabiliter intue-
tur aut decernit Act. xv. 18. Hebr. iv. 13. Ps. cxlvii. 5. Jon. I. 14.
Dan. iv. 35. Num. xxiii. 16. Prov. xix. 21. *Omnipotentia*, qua nul-
lo defectu infirmari, adeoque secundum velle & posse mutari non
potest Luc. I. 37. &c. *Perfictio* qua est actus purus, immutabiliter
perfectus in agendo Ps. cxxi. 4. *Bonitas & veritas*, cum omne fai-
sum vel malum mutationem introduceat. *Justitia*, qua exque ac im-
mote in judicando se habet. *Misericordia*, qua creaturas suas e-
tiam, pro immutabilitate voluntatis suæ creatricis, conservare stu-
det. Et sic porro in cæteris.

SECTIO III. Porismatica.

Procedimus tandem ad conjectaria, quæ facili ratiocinio ex
oraculo Jacobæo sponte sua permanant.

P O R I S M A I

Pater Luminum spargit radios in NATURA: Unde ex
lumen CREATIS, h. l. celo, sideribus aliisque
creaturis & operibus naturaliter est cognoscibilis.

§. I.

Effectus enim testatur de sua causa, Et posito (cognito) causa-
to, ponitur (cognoscitur, licet non perfecte seu secundum esse
quale; saltem secundum esse simpliciter seu existere) ipsa causa:
cum nihil, præter DEUM solum, sit (Arist. 2. Rhet. xxiii.) & fiat (Lib.
D de

de Elench. c. V. §. 8.) sine causa, adeoque ex effectu causa semper est cognoscibilis. Quidn ergo etiam ex radis creationis ipse Creator & Pater Luminum? Eriamli enim ipsum Illius ineffabilem splendorem, splendorisque imperfutabilem qualitatem luscus corruptæ nostra Naturæ oculus intueri non suffineat; quid tamen prohibet, quo minus ex radis, in laminibus creatis conspicuus LUMEN LUMINUM. h.e. Patrem seu Fontem quandam profundissimæ ac immensæ Potentie & Sapientie necessario Sistere, sponte & naturaliter inferat? *Syr. xtiii. 5. collat. Rom. I. 20.*

§. 2. Propriis igitur SOCINIANI oculis offundunt pulverem, deque industria cœcuntur, contendentes, quod, quæcumque homines de DEO aut de Deitate sciunt, id non habent a Natura, neque ex CONSIDERATIONE CREATURARUM, sed ex auditu. Sunt verba Ostorodi, Instit. c. I. f. 10. Cœcum fecuti ducem suum Socinum: *Falsum est, inquietrem. quod homini naturaliter, ejusque animo, instasit Divinitatis aliqua opinio.* *Praef. Theol. c. II. f. 3.* Cujus expressissimam ipse Tullius habet antithesin: *Nulla, inquietus, Genitam sfera, nemo omnium tam immanis est, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio.* lib. I. *Tuscul.* vid. Colleg. Anti-Soc. Magnif. Du. *Praef. Disp.* III. fol. 29. Hem! vel miles Plautinus his tenebrionibus illudere posset (*quaerutibimet tenebras crudis Epid.* III. 4.) *quirebus clarissimis* (ut Cic. in Acad. loquitur) *tenebras obducunt.* Radix, insificantur, quibus quotidie collustrantur; creaturam vident, & creatorem ex illis colligi posse rident; pernegant, quod *ipse cali-prædicant* (*quasi gestibus ac sonora voce*) *Pf. xix. 2. 3. 4.* adeo ut ipse Crellius, de DEO & Attrib. c. III. f. 13. dicat: *Solis miraculum* (*Pf. 19.*) *valde manifeste opiscem* *bujus universi sapientissimum demonstrat.* Cucurbitas igitur lippiant, quas vel Tiresias videret, dum speculum potentia intuentur, nec tamen in eo Potentem conspicunt. At enim quid caxis cum speculis & coco namque nihil coloratum inquit Erasm. in adag. f. m. 112. Et bene Cicero, qui DEUM negat, eum vix sanæ mentis esse, dicit lib. II. de Nat. Deor. & Avicenne, mente & sensu carere, existimat.

§. 3. Etiamsi ergo sint, qui DEUM negant *Pf. x. 4. xiv. 1.* (quod objicit Socinus *præf. c. II. f. 3.*) Affusæ tamen ista atque affectata renebra per malitiam non negant infusum lumen per naturam. *De affectis*

affectu potius & *voto*, quam animi opinione *id intelligendum est*, inquit B. Hutter. in *Loci* fol. 90. Cum factis potius quam verbis DEUM negent, *tit. I.* i.e. se gerentes, ac si nullus esset DEUS judex, aut optantes, ne sit, qui scelera eorum vindicet.

At, ecce! Princeps & Coryphaeus Philosophorum ipse Stagira ex Luminibus ipsis creatis, sideribus, cælo, &c. *Creatorem* Luminum & radios, creationis signiferos, non agnoscit; quin potius ipsum mundum aeternum statuit, creationis ignarus, *Socin.* l.c. f. 4. Verum enim vero; Distinguere inter rem & vocem creationis: *hanc ignotam fuisse Aristotelii; illum non item*, scribit Sonner. in *Philos. Aldorph.* p. 64. §. 17. Imo distinguere inter cognitionem rei & modi. Aristotelem *creatio mun. li non latuit, quoniam eam distincte & perfecte quoad modum & circumstantias in scripturis descriptas, cognitam non habuerit*, scribit Zeisold. *Exam. Phys.* Sperling. p. 33. Nam Lumen naturæ & creature, inquit B. Dannib. Hodos. *Phæn.* III. p. 197. (conf. etiam Hutter. in *Loci* f. 89 sq. omnino) in quo ratio ex subordinatione (uti in Horologio e rotularum connexione) ad primam causam, e determinatione effectuum naturalium ad Determinatorem, sicut ex teli jaætu scopoque ad sagittarium, colligit. -- Et suffragia Ethnicorum, quorum Idolatria & tentatio DEUM clamat, ut in hac re (verba sunt Maximi Tyrii Philosophi Platonici Dissert. 1.) *consentiat Grecus cum Barbaro, Mediterraneanus cum Insulano, sapientis cum stulto.* Vid. Petav. *Tom. I. Theol. dogm. lib. I. c. 1. 2.* Anne igitur Arist. ab effectu ad causam, a motu primum motorem colligit? *Lib. XII. Metaph. c. VII.* At quidem & salva aeternitatis mundi assertione nihilominus creatio ejus & creator Aristoteli ignotus esse non potuit, si modo distinguamus inter *ÆTERNUM* acceptum 1.) *Metaphysice*, quod absolute principio & fine ciret, & 2.) *Physice*, oppositum caduco, quod viribus naturæ nec producibile nec destruibile est. *Sic enim Aristotelii mundus est aeternus*, non excluso ejus Autore seu Productore, exponente Löbero in *Nucl. Philos.* P. I. Disp. 4. Reg. II. §. 8. p. m. si. Unde Falsum est, inquit Magnif. Praes Colleg. *Anti-S.* f. 33. *Philosophum per mundi aeternitatem ejus in productionem intellexisse.* Loca, quibus creationem agnoscere starpitur leg. ap. Dn. Calov. *Theol. nat. f. 142. sq.* Vid. omnino August. *Lib. XI. de C. D. c. 4. Cicer. Lib. II. de nat. Deor.* Et conf. dictum Colleg. *Anti-S.* Disp. III. f. 30. ubi omnes obje-

objectiones & exceptions Adversariorum accuratissime & plenis-
time resolutas vide.

P O R I S M A II.

Idem Luminum Pater variis olim Revelationum modis
radios sparsit, per visionem, somnium, Prophetiam &c. Et præprimis in SCRIPTURA verbi
sui Facem ac Lucem accedit: quæ proinde nulli
ἀποτυπωται (imperfectionis aut obscuritatis) est
obnoxia.

§. 4.

Πολυμερεῖς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὄντες λαλήσας, inquit Aposto-
lus Ebr. I. 1. Hinc Aug. Steuchus ex Num. XII. 6. 7. 8. quinque
modos Revelationis divinae, recenset: Visionem, somnum, enigma,
Figuram sive ideam Domini, allocutionem oris ad os. Alii:
1. Prophetiam, 2. Spiritum S. 3. Visionem 4. Urim & Thummim,
5. Bathkol sive filiam vocis (de qua Matth. III. 17. XVII. 5. Job. XII.
28. Act. IX. 4. exponunt) enumerant. Accurate etiam sextum mo-
dum, qui siebat περὶ τέρατον sive Tectorium arca foderis e medio durum
Cherubim Exod. XXV. 22. observavit Magnif. p. t. DECANUS Dn.
D. Maebius. Traft. de Oracui. f. 18. ubi f. 20. sqq. etiam ex professo
ostendit, quomodo Satan cen DEI simia singula divinorum oraculorum
genera callide αἰματοῦσι, ubi vid. Conf. etiam B. Dannh. Theol. Ca-
fual. Proem. per tot. a fol. 1. ad fol. 30. B. Dannh. autem omnes
hos modos ad tria Revelationum genera videtur reducere: ad 1.
Visa diurna & nocturna. 2. Alloquia. 3. Afflatus. Quæ singu-
la potissimum trifariam contigisse ostendit: vel a) ἐν πνεύματα
(Apoc. I. 10.) vel b) ἐντάσει (Esa. VI. 1. Zach. I. 8. III. 1. IX. 9. 2.
Cor. XII. 3. Act. X. 10. Dan. V. 5. c) οὐτ' ὅψιν in corpore assumpto
(Gen. XVIII. 2. & alibi passim.) Hodos: proleg. f. 13.

§. 5. Dixi autem in thesi, ex mente Apostoli I. (notanter)
OLIM: quia *bodie* ejusmodi revelationum & illuminationum ra-
diis nemo sibi polliceri potest, postquam *χαρίουσα* exordinaria
dispalluere, & Nos nunc *tactum* Scripturæ adhærcere jubemur.

§. 6.

§. 6. Dixi 2. VARIIS. Non enim semper eodem modo Lí-
berrimum illud Numen & Lumen suos sparsit radios; sed καθέσ-
θέλεται (i. Cor. XII. n.) & ὅπερ θέλει (Job. III. 8.) variis modis (quos
jam secundum dictum B. Dannhaueri persecuturi sumus) respien-
dit. Scilicet vel per I. *Visiones* N. Diurnas, in signis vel A)
internis, partim per species α) sensiles, καθ' ἐπονύμων & deline-
ationem, uti Propheta plurimis & Johanni Theologo: partim per
β) intelligibiles, in ἐκτάσει v. g. Petri & Pauli. B) Externis, iisque jam
α) mutis, v. g. in Λογοτύπῳ, umbra in solario retrograda, sorte divina-
toria, & aliis Θεοῖς extraordinariis: jam β) vocalibus uti I. Sam. III.
10. sqq. Joh. XII. 28. jam γ) mixtis, v. g. in rubo ardenti (Exod. III. 4.)
Et ad hanc speciem referendi sunt modi, qui aliis audiunt: *Visiones*,
Ænigma, *Figura*, *Urim* & *Thummim* atque *Bathkol.* δ) Nocturnas, in
signis partim a) mutis, v. g. in vaccis & spicis Pharaonem concitan-
tibus, partim b) vocalibus seu verbis v. g. Abimelecho (Gen. XX. 3.)
Magis in Bethlehem (Matth. II. 12.) & Josepho (v. 13.) partim c)
mixtis, uti in Scala Jacobæa (Gen. XXVIII. 12. 13.) Huc pertinent *So-*
mnia &c. II. *Alloquia*, v. g. cum Adamo (Gen. III. 9.) Abrahamo
(XVII. 1.) Mose de facie ad faciem (Exod. XXXIII. 11. Num. XII. 8.)
III. *Afflatus* (ad hoc genus spectant: *Spiritus S.*, *Proprietia*, *Inspiratio*
&c.) ex Θεοπρεψίᾳ (2. Tim. III. 16.) Φρεσὶ (2. Pet. I. 21.) imo ipsa *תְּהִלָּה*
Spiritus S. (2. Sam. XXIII. 2.) oriundos, & adhuc hodie in SOLA S.
Scriptura cum efficacia coruscantes.

§. 7. In Sola, inquam, S. Scriptura Hodie. In ea namque Sola
(rejiciendis omnibus aliis vel traditionibus Papistarum, vel ratio-
ciniis Calvinistarum vel revelationibus Enthusiastarum) est quasi
συνδρομὴ omnium radiorum, a Patre Lumen emanantium. Dico
omnium: ad S. Scripturæ *Sufficientiam*; dico *Radiorum*: ad ejusdem
claritatem innundam.

§. 8. Ex hac iraque συνδρομῇ nobis Scriptura venit nomine
Lucis & Facis I. Fixæ, perfectæ, plenaria: leviculae flammæ, (cogni-
tioni naturali) coruscationi (Patrum scriptis) & igni fatuo (rationi)
oppositæ, instructæ Soliditate, Sufficientia & Perfectione N. FOR-
MALLI. Hinc Ps. XIX. 8. vocatur תְּהִלָּה, ἀμερός, perfecta,
inculpabilis, immaculata; vitii, navi, mutationis, correctionis,

ademptionis aut additionis nescia, sincera &c. & quasi *Testamentaria*, quæ natura sua nullam admittit aut detractionem aut additionem heterogeneam. Quo pertinent loca 2. Cor. III. 4. Gal. III. 17. & NB. Apoc. XXII. 18. Vid. B. Dannh. *Hodof.* f. 70. 77. **D)** INTEGRALI, post fines Ecclesiæ jam constitutos & portas Traditionum clausas (*Hieron. in Mich. I.*) aditurae Librorum *θεοπνεύστων* ad perpetuum Ecclesiæ thesaurum divinitus destinatorum, nescia (August. L. I. de G. D. c. 23. Lib. XVIII. c. 38.) Perierit ergo licet Epist. ad Ephesios Prior, uti Calv. colligit ex Eph. III. 3. Perierit Epist. ad Laodicenses exarata (super quam litigant Beza in Coloss. IV. 16. & Grotius in Praef. Eph. f. 55.) quam Salmero Tom. XIII. Tract. 2. § 3. genuinam supereesse putat, & quæ recensetur a Sixto Sen. Biblioth. 8. Lib. II. f. 92. consentientibus Melochio, Justiniano, aliis. Quod tamen ex l. c. Colos. IV. 16. liquidum probari nequit. Fallere enim videtur vulgata, quam ideo etiam Eman. Saa in Scholiis f. 426. ex fonte græco correxit, quod non intelligenda sit Epist. Pauli ad Laodicenses; sed portius Laodicensium vel ad Paulum vel ad Collosenses scripta. Ap. Renecium Panopl. Tom. I. c. 2. f. 15. consentiuntque Chrys. & Oecum. hanc Epist. esse Laodicensium ex Laodicea ad Paulum transmissam. Vid. Corn. a Lapiде, Balduin., Druf. in b. l. citatos a Fridlib. Theol. Exeg. Tom. II. f. 559.; non tamen exinde probatur; Fidei aut Morum doctrina tenebras insufficientæ, aut saltē umbras imperfectionis affusas esse; Quod divina Providentia & Clementia adversaretur. **G)** FINALI eorum, quæ creditu, factu, speratu sunt necessaria, Joh. XX. ult. Et Paulus dicit (2. Tim. III. 16.) ideo a Deo inspiratum esse, ut ἄριστος sit Homo Dei (scil. in doctrina fidei) & (in doctrina morum) ad omne opus bonum ἐξηγείται. Autem ἄριστος autem significat talēm perfectionem, quæ competit Numero mathematico, qui omnibus suis partibus apte in se cōbārentibus ita componitur, ut ei neque aliquid deficit neque superfluit. Quo etiam pertinet, quod Apolonus Scripturas attribuat vim ἐπανορθώσεως, i.e. reducendi errantem in rectam viam. Quod fieri non posset, nisi Scriptura haberet plenam & perfectam *καθόλως*, b. e. Regulam veritatis perfecti, plenam, sufficientem ac perfectissimam sunt verba Huberi, Anti-Bell. Lib. I. Corn. Befiae II. c. 2. f. 140. B. Scriptura non tantum est recta, sed & rectifica, tanquam rectitudi ipsa. Præclare sufficientiam Scripturæ contestatur B. Dannhavverus:

hawerus: *Nihil, inquiens, diviniconfessi excoigitari potest, quin jam sit praeceptum* (*i. Cor. VII. 17. X. 31. Phil. IV. 8.*) *nulla unquam haeresis excoigit ita, quin prius hic damnata: nulla tentatio incidit, quin hic medicina invenierit: nullus casus conscientiae subnatus, quin bac in Curia decisus. Tantum pio & solerite Lectore opus est. Hodos Phaen. I. p. 74. sq.*

§. 9. Apaga ergo Traditiones Papisticas, Traditionum portis clausis, anathemate exclusas Apoc. XXII. 18. Traditiones inquam, Tragediis tradendas, desperati fundamenti ludibria futura, si Solem aspergure essent. Quapropter etiam catalogum earum in *Colloqu. Ratib. Sess. I.* edere non ausi sunt. Cum et contra plurimi Adversariorum hic nobiscum faciant (*desperatarum Traditionum argumentum!*) ap. Gerb. Confess. Cathol. L. I. P. I. c. 1. a. fol. 77. sqq. Impietas igitur est Trid. Concilibus Sess. IV. jubentis, ut Traditiones non scriptas pari pietatis affecta ac reverentia cum verbo scripto veneremur.

§. 10. Sufficientiam autem hanc Scripturæ comitatur ejusdem
Claritas & Perspicuitas. Est enim lucerna pedibus nostris Pl. CXIX.
105. Lucerna per se nobis lucens, non tum demum, quando ab Ecclesia
explicatur, quæ Greiferi calumnia est, Lib. III. Bellarm. defens. f. 145.
Lucerna enim non Laterna est: lucens non latens: insitum non
affusum lumen habens: Non est Lux, qualis est lychni, que, nisi
oleum (Traditionum) affundatur, deficiat: & nisi emunctorium
(Papalis interpretationis) adhibeatur, obscuretur; sed radius ater-
ni Luminis luminosissimus. Ergo, in se, nulli *átron id spatii*, est in-
voluta. Verbum Dei, uti *átron id spatii*, ita *átron id spatii* est, radios Majestati-
cos & canonicos a summo Luminum Patre sortitum. Mens Do-
mini Sol est, non luna, que mutuatio lumine egeat. Firmior est
fermo Propheticus oculari demonstratione atque clarior IPSO
LUMINE THABOREO, 2. Petr. I. 19. coll. 18. Deinde si Deus iustus
& misericors est, implicat, cum innatas nostras tenebras alii su-
perfusis tenebris, nim. verbi sui obscuritate & ambiguitate illuminare
voluisse. Egregie hac de re discurrevit Huberus: Num duplici, inquit,
caligine sumus operiendi, nativa ex nobis & superventia ex Deo? Unde
vero illis tenebris, quae supervenient, lucem inferemus? Nam in nobis
nulla est, cum sumus tenebrae & quidem tales tenebrae, quae lucem non ap-
prehendunt, multo minus generent? Si ex verbo etiam tenebrae superfun-
derent-

derentur: unde tandem nobis miseris lux? Anti Bellarm. Lib. I. cont. Boff.
II. c. 3. f. 148. Psaltes dicit expresse, quod sit lucida, oculos illuminans
Ps. XIX. 8. quomodo igitur ulli *ἀποσκιάσματι* aut obscuritati poter-
rit esse obnoxia? obscura enim claritas, & tenebris osum lumen
σύνθηρόξυλον est.

§. II. Claritatem vero ordinatam seu modificatam (non ex-
clusis scil. post Preces, Meditatione Ps. I. 2, Scrutinio Job. V. 39; ac
Medis hermeneuticis) & saltem in iis, que (non mysteria, vatici-
nia &c. sed) Mores, Fidem ac salutem concernunt hic intelligi-
mus. Si autem quoddam *ἀποσκιάσμα* illuminationem impedi-
dit, causam illut suam non Lucem, sed oculum vitiosum, nequam,
non renatum, impurum, indevotum, indoctum (Vid. B. Dannh.
Hodof. f. 21. T. 80.) agnoscer. Si enim oculus tuus improbus fue-
rit, totum corpus tuum tenebrosum erit Matth. VI. 23. Luc. XI. 34.
Scilicet in iis, quibus DEUS hujus seculi exceccavit mentem, ne ir-
radiet illos collustratio &c. 2. Cor. IV. 3. 4.

§. 12. Contra Papicos, Scripturæ Mastryges, homines lucifu-
gaces, obtenebrationi studiofissimos, qui, uti Sociniani ad lumen
NATURÆ: ita Hiad lumen SCRIPTURÆ sponte sua cœcurunt,
Lucem *ἀποσκιάσματος* frivole incusantes. Bellarm. I. III. de V. D.
c. 1. Caster. Ench. f. 52. Huntl. de V. D. c. 21. f. 101. Non autem propte-
re, quod Scriptura res profundissimas & mysteria contineat, est
obscura. Nam aliud est, si res obscure tractentur nominaliter,
& aliud si res obscure tractantur adverbialiter. Sæpe sub verbis cla-
rissimis mysteria latent. Ut res facilime verbis obscurari; ita
res difficillimæ verbis liquidissimæ proponi possunt. Sic Scriptura
S. eſt clara in signis non rebus. Vid. August. de Doctr. Chr. c. II. Neque
sequitur: non omnes eodem modo eam exponunt: E. eſt obscura. A-
lioquin nulla Scriptura eſt clara, dicitiple Bellarm. Lib. I. de Bapt. c.
23. §. ult. Vid. elegantissima ap. Job. de Rada Tom. IV. Controv. V.
f. 116. b. Ubi pro hac sententia Terrull. August. Irenaeum adducit.
At primo tamen intuitu intelligi nequit, sed multis commentariis diluci-
danda eſt (quod objicit Pistor. Wegweiser c. 30. f. 50.) Resp. Sol est cla-
rus, etiamq. omnes easci & lucei, talpæ & vespertilioes splendorem
eius primo intuitu non conficiant. Et si Scripturain ſe eſt ob-
scura, quis quoſo eam commentariiſ dilucidare posſet? Tandem

Beca-

Becanus obvertit: Scripturæ modum loquendi propter suos hebraismos, antilogias, hysterologias esse obscuram, Man. Lib. I. c. i. p. 15. sqq. Resp. Inepte! Addisci enim debeat modus loquendi: indeque ab ignorantia legentis ad obscuritatem Scripturæ n. v. c. Maledictionem vero non responsum meretur Blasphemia Jesuitarum Colonien- sium, injuriantium: Quod S. Scriptura in illis ipsis sive dogmatibus sive præceptis, que continent ac proponit, sit veluti nafus cereus, non præbens certam aliquam & immotam sententiam, sed que in quomvis interpre- tationem flecti potest. Censur. Colon. Art. I. pag. 117. ap. Chemnit. Theol. Jesuit. c. 2. th. II. f. 4.

§. 13. Sed quorundam hæc suppressio & cavillatio S. Scripturæ? fane eo, ut radios illos sanctissimos & Majestaticos Scripturæ subfuranter in Papam suum transferant, illum Judicem, imo Deum & Patrem omnium lumen faciant. (Quod exprefse fatentur, Cen- sur. Colon. Art. I. p. 117.) propterea, quod sedeat legitimus successor in sede Petrina. Numne vero nunc Spiritus S. lateribus cathe- dræ, vel scrinio pectoris Solius Pontificis (contra Joh. III. 8. & I. Cor. XII. 8. sqq.) affixus erit? Posito autem, non concesso, Papam Petro suc- cessisse: successit fane loco, non pietate & doctrina, quemadmodum impius Zedekias Davidi, Caiphas Aaroni, & sic uobominatio sæpe stetit in templo Dei, Spiritus S. non loco sed fide tenerur. Nec la- plientia habitat in pectore vitiis obnoxio Sap. I. 45. At plurimi Pa- pæ (imo post veterum Episcoporum excessum omnes) foverunt v. g. Anastasius stetit a sententia Nestorianorum (teste Platina in vita An- nast.). Achatius fuit Hereticus, & ideo a Gelasio excommunicatus (teste Jur. Can. cauf. 24. quaſt. 1. cap. Achatius): Liberius Arianam hæresin fovit (teste Platini): Innocentius I. Sacramentum Eucharistiae Infantibus ad salutem necessarium esse dixit; quod Patres Tridentini hæreticum esse definitiū: Honarius fuit Monotheleta, & ideo nominatum in Concil. Constant. damnatus. Arguo: Præfules Se- dis Petrinæ errant in fide & hæreses fovent damnabiles: E. Papali Sedis Petrinæ Præfidi neque passiva neque activa illuminatio feli- & necessario competit; sed ipse potius, sibi prætoriam interpre- tationis majestatem blasphemie adscribens, Ægyptiacis tenebris & babylonica caligine exceccatus impie superbit.

§. 14. At illi, ut Papam suum Judicem evincant, misere se &

argumenta torquent. Sed in-cassum: & quia Spiritu vertiginis sunt correpti, vitioso circulo circumgyrantur. Circulus enim est dire: Scriptura est obscura: E. indiget Papa interprete. Papa vero est interpres: cur? quia hoc dicit scriptura. Probetur autem, quod hoc dicat Scriptura: quia Romanus Pontifex dicit, id dicere Scripturam. Perinde, ac si colligerent: Quicquid Romanus Pontifex definit, est infallibiliter verum: sed R. P. definit, quod sit infallibiliter verum, quicquid R. P. definit. Ergo. Qualem circumulum se vitare non posse Gresferus Tract. I. Unde scis? seu de Agnosc. Script. c. 4. desperabundus fatetur. Vid. omnino Calixti. de Circ. Pontif. Et Huissem. Brev. c. 1. §. 16. it. Magnif. Dn. Praesid. in Colleg. Definit. Theol. MS. Loc. I. §. 23.

P O R I S M A III.

Enthusiasti autem Modernorum Phantastarum non sunt Radii a Patre Luminum sparsi; sed Tenebrae a Sp̄itu Tenebrarum offusæ.

§. 15.

Anglia fertilis semper schismatricorum Provincia, quæ quotidie (ceu scribit Casp. Ens in Traged. Anglic. von Untergrabung des Parlament-hausß, in princ.) aliquid parit novi, quemadmodum haec tenus perniciofissima prabuit fomentis multis fanatismis: v. g. Anabaptismo, Familistis, Separatismo (autore Boltono, Brownismo (Rob. Brown,) Sebaptismo (Job. Schmitb,) Independencismo (Job. Robinson,) Presbyterianismo &c. (de quibus omnibus. Vid. Hon. Reggins & Hoornbeck Lib. V. Summ. contr.); Ita etiam proximis annis furialem modernorum Quakerorum (a tremore lingua Anglicana sic dicti, quod in ecclasi toti tremant ac trepident: quales Quakeros olim etiam Mosen, Daniel, Jeremiā, quia timuerunt ac trebuli fuerunt, fuisse insanum) abortum & monstruum enixa est, novissimum Diaboli avengerontovs virus & pestem totius veritatis Christianæ abominandam.

§. 16. Dico: Modernorum, quia vix tribus abhinc lustris demum excreverunt; hoc ipso ipsi gloriari: quod DEUS haec tenus a nullo fit adoratus in spiritu & veritate; sed fuerit quasi peregrinus inter homines, quia totus mundus adoravit Bestiam, eisque imaginem. Standarte p. 5. It. quod Lux glorioſi Evangelii haec tenus plane occulta fuerit. An-

punc.

nunc. omn. Regibus p. 5. Moderni itaque sunt, ratione incrementi & emersionis; non ratione originis. Inde ait Edmund. Dikinson in Delphiphénizantibus c. 9. in notis: *O quam inique agitis, qui Sectam, quam Quakers vocant, tanquam novam damnatis, cum tamen eorum è vestigia quod aequa ac Pythie oracula ter milles annorum gloriam sibi vindicent.* Vid. Plut. de Pyth. Orac. Non multum abest, quin antiquitatem eorum ipsius Diaboli ævo annumeret. Et liquet, eodem ferme somnio, jami tempore Lutheri & post, obtenebratos fuisse Nicol. Storch, Andr. Carlstadium, impudenter insanientem: *Man müsse nicht durch euerliche Unterrichtung (quare & Scholas omnes Wittenbergæ abrogavit) sondern (& quidem soli Laici) durch die Entgröbung, Verwunderung, ausgestreckte Lust, langemile, durch die Be- sprengung in leider Weise und Gelassenheit, von Gott gelehret werden.* Ejusdem furfuri fuit etiam Th. Münzer, Casp. Schwenckfeld, Job. von Leyden, ejusque Propheta Knipperdölling, Ezech. Meth, & omnium fere pessimus, Valent. Weigelius, Hodegeta & Antesignanus modernorum Phantastarum (urpote qui in omnibus plane cum his idem sensit) turpissimus. Conf. omnino S. Minist. Hamb. Quaker-Greuel Praef. membr. V.

§. 17. Si autem eorum delineatio subjicienda est, hæc habetor: *Enthusiastæ moderni* sunt homines fanatici & Phantastici, putantes, se jam in hac vita plane perfectos & ab omnibus peccatis mundos esse: nec aliud celum, quam quod in corde suo sentiant, vel infernum, quam homines malos, credentes; Nihil ergo restare, nisi ut corpore, velut ergastulo liberentur: colluvies blasphema, verbuna Dei, S. Ministerium, Sacra menta, Magistratum & disciplinas naufrans & convitians: Qui (sine habitratione sexus, ætatis, conditionis, aut temporis) frequenter in tantas incident eestates (puta diabolicas) ut toto corpore (five in angulo obvelati five in humum prostrati exanimis non absimiles, nisi quod more pythiſſarum) contremiscant; quia, ut perhibent, magnitudinem illam lucis ac splendoris divini, quo obruantur, preferre & intra se continere nequeant. Hinc tam horrendum clamant ac reboant, ut homines pariter ac bruta animantia terrore exilant: Et postquam, excusio rapui, ad se redeunt, de immensa gloriæ illius Majestate multa & magnifica jaētant, ignaro populo summa admitatione auscultante, & similem beatitudinis sensum exoptante.

E 2

§. 18.

§. 18. Ecce! h̄i sunt tenebriōes isti diabolici qui se tamen summe irradiatos esse mentiuntur. Non secus ac Pater ipsorum Spiritus tenebrarem, qui se transfigurat in Angelum lucis 2. Cor. XI. 14. Lucem (ex Job. I. 9.) perpetuo clamitant, quos tamen *Spiritus somniorum* obnubilat: *Radios* gloriantur, at *Tremor*, ac furor (noctis & caliginis infernalnis characteres) ἀποριδέα illos æternarum tenebrarum hæredes: Spurci illi vespertilioes radios Scripturæ fugiunt, umbras Pythias ambunt. Quos sic redarguo: Quicunque *radios* θεόντενται susque deque habent imo convitantur, illis, loco illuminationis & revelationum, non nisi tenebrae Belialicæ competunt Atqui Quakeri &c. Ergo. Propositione luce sua radiat, ex natura contrariorum, quorum alterum tantum, non utrumque inesse potest. Hic non datur ul'um *diluculum*, aut consortiam utriusque. Quæ enim communio Lucis cum tenebris? & quæ concordia Christo cum Belial? 2. Cor. VI. 14. seq. Aut ergo sola Lux est, aut sola tenebra. Subsumptum probo ex ipsorum blasphemia: *Scriptura* loquitur de Luce, neque vero ip'sa est lux, neque verbum, neque vita, neque Index, neque Regula Stein den die Bauleute p. 2. *Scriptura* est tantum contestatrix nostræ doctrinæ p. 4. Et p. 3. Nimirum adhæretis, inquit, *Scriptura* externæ tenebrosis vestris cordibus, cœni cœci Pharisæi, queritisque vitam, ubi inventiri nequit: ad Christum accedere decretatis, quievra Lux est: Illum ibrido extutis *Scripturam*que, tanquam vestram Lucem, Judicem, vitam, Regulam substituitis, Christo dominium dementes, Literæ mortuæ tradentes.—*Scripturam* Deum faciunt, ut inde pecuniam lucentur. Vah! contemptum S. *Scripturæ*! hem! impudens *Spiritus* quam sine fronte blateret contra sacra testimonia: Scrutamini &c. Job. V. 39. Omnis *Scriptura* θεόντενται &c. 2. Tim. III. 16. *Lucerna* pedibus &c. Ps. CXIX. 105. Splendens in loco caliginoso 2. Petr. I. 19. Tenerit igitur consequentia; E Enthusiasmi illi non sunt radii a Patre Luminum sparsi; sed tenebrae a Principe tenebrarum offulæ.

§. 19. Sed audiamus deliras eorum ratunculas, quibus nituntur. Obj. I. *Effundam Spiritum meum* &c. Joel. II. 28. 29. Jam Wege zum Königreich. p. 8. Resp. Hæc prophæria jam adimplæta est in Apostolis Act. II. 4. fqq. 17. sq. Quid hoc ad Quakeros? Deinde, Apostoli, quanquam immediate a Deo erant illuminati, nunquam tamen auditores suos ad similem remiserunt illuminationem, sed ad *Scripturam* (Act. II. 16. 2. Tim. III. 15. Rom. XV. 4. 1. Job. IV. 1.) & ad Prae-

Prædicationem verbi (*Rom. X. 18. Gal. I. 8. &c.*) Obj. II. *Paracletus vos omnia docebit Job. XIV. 26. Resp.* Ergo Quakers docebit? ergo immediate, sicut Apostolos (qui speciale Sp. S. expectandi promissum habebant *Ael. I. 4.*) docebit? Ergo phantastic & horribiliter docebit? *Nugæ!* Obj. III. Loca: *Jes. LIV. 13. Jerem. XXXI. 34. Job. VI. 45.* Non amplius docebit *&c.* E. nunc, non *predicatio verbi*, sed *radius illuminationis internus expectandus* est. *Wege zum Königreich A. 1659. p. 15.* Sed inverto potius argumentum: Non amplius docebit quisquam fratrem suum dicendo (ex peculiari scilicet inspiratione, qualis in V. T. propria erat v. g. Soli summo Sacerdoti, Mosi, aliisque Prophetis) cognoscere Dominum; (h. e. id vult Dominus a te, ut mihi revelavit;) sed (implete & clauso Prophetiarum tempore) omnes erunt edociti a Deo (mediate & ordinarie, per filium tuum *Ebr. I. 1.* h. e. per verbum Dei divulgatum & literam clarissimam:) E. Nulla illuminatio ecstatica, sed *θεοδιδασκαλεία* per verbum nobis hodie exspectanda est. Obj. IV. Nemo novit Patrem *&c.* *Matth. XI. 27.* Et: Deus filium suum revelavit in me *Gal. I. 16. 12.* E. datur in nobis revelatio Filio & a Filio. Qui igitur dicunt revelationes desuisse, abnegant Patrem & Filium. *In Wege zum Königreich. p. 10.* Sed delirant Fanatici. Revelatio enim ista facta est Paulo (immediate) singulariter; nobis (mediate) fit per Evangelium & Scripta Prophetarum *Rom. XVI. 26.* Obj. V. *Rom. X. 8. Prope te est verbum &c.* E. Verbum Dei non in Scriptura; sed in corde nostro interne est querendum. *Resp.* Arenam Boves aratis, cum responsum ipse Paulus (qui ubi de illuminatis jam per verbum loquitur) subjiciat v. 9. 10. Probe vero (ex phraesi ebraea *Deut. XXX. 14.*) idem est, quod cognitum ac creditu facile esse Conf. B. Dannh. *Hodis. f. 81. & D. Seb. Schmid. Colleg. Bibl. P. I. f. 68.* Obj. VI. Regum Dei intus habentis *Luc. XVII. 21.* Collige: E. per enthusiasmum? Ridiculum! Ncuitiquam vero, cum immediatam irradiationem phantasticam negamus, simul omnes internos Spiritus S. motus & operationes occultas in cordibus illuminatorum per verbum, inficiamur. Nam Scriptura dicit, quod Sp. S. dei testimonium (interne) Spiritui nostro, quod simus Filii Dei *Rom. VIII. 16. 2. Cor. I. 22. Epb. I. 13. sq. IV. 30.* & quod pii sape prægustum (intra viscera sua) sentiant futuri seculi *Ebr. VI. 4. seq.* At vero exinde, a Radio interno Spiritus S., in cordibus illuminatorum, placide testificantis ad radium phantasticum

com Spiritus enthusiastici furiose revelantis: It. a Sp̄itu bono Do-
mini tranquillante ad Sp̄itum m̄lum a Domino perturbante (1.
Sam. XVI. 14.) n. v. c. Obj. VII. *Undio in vobis vos omnia docet, i.*
Job. II. 27. E. datur revelatio interna in nobis, nos omnia docens. Resp.
Unctio ista non ecstasis diabolicam; sed (α) Doctrinam fidei Christi-
anam, & (β) obsignationem, per testimonium Spiritus S. internum,
ad vitam æternam significat, quod manifestissime patet ex 2. Cor.
I. 21. 22. Rom. VIII. 16. Eph. I. 13. sq. IV. 30. Conf. Auguſt. Tract. III. in
Ep̄ist. Job. ap. Hutter. Locor. f. m. 34. & omanino Minif. Hamb. Qua-
cfer. Steuel, ex professo.

P O R I S M A IV.

Apud Deum nullum est ignoratio Ignorantiae nec Futu-
rorum neque Futuribilium, etiam sub conditione, &
cujuscunque tandem sint ordinis.

§. 20.

PATER ille LUMINUM (cujus oculis omnia sunt nuda ac aperta
Ebr. IV. 13.) ejusque Intellectus luminosissimus, h. e. mere intuitivus,
in perpetuo vix OMNIA & præsentia, & præterita & Futura,
possibilia atque futuribilia uno stabili radio semper collustrans, nulla
Scientia liberide aut incertitudinis nubecula obducit, nedum obte-
nebrari potest. Dominus revelat profunda & abstrusa: & novit,
quæ in tenebris sunt, quia lux semper cum eo habitat Dan. II. 22.
DEUS ναρδογνώστης (Act. XV. 7.) novit omnia cordium cogitata
(1. Reg. VIII. 39.) etiam a longinquo (Pl. CXXXVIII. 2.) h. e. ante-
quam fiant, Futura scil. contingentia (El. XLII. 22.) Quia nim. ea
prædicta. E. eadem prænovisse certum est. Exemplis sunt: Josias
nasciturus, quem altaria cum sacrificiulis deleturum præviderat
1. Reg. XIII. 2. Imo Tyriorum & Sidoniorum pœnitentia Marth. XI.
21. & traditio Davidis 1. Sam. XXIII. 12. Quæ, cum FUTURIBILIA
tantum essent, neutiquam ignoravit. Egregie Séneca: *Nota est, in-*
quit, Deo operis sui SERIES, omnium Illi Rerum per manus suas ITU-
RARUM scientia IN APERTO SEMPER est, nobis ex abdito subit:
& que repentina putamus, Illi prævisa veniunt & familiaria Lib. IV. de
Benefic. c. 32. Conf. Chemn. L. Tb. Tom. I. f. 148. sqq. Hutter. L. Tb. f. 256.
sqq. Dn. Calov. Syſt. f. 512. B. Gerhard. Loc. II. de Deo §. 250. Petav. Tom. I.
Dogm. c. 8. Hæc autem Dei Præscientia, licet sit clarissima, certissi-

ma

ma & ratione eventus rerum infallibilis, contingentia tamen non necessitat. Non enim ideo contingunt, quia Deus præscit; sed Deus ideo infallibiliter præscit, quia certo certius futura. Hoc est, Deus quid causæ liberae actus vel non actus sint, non novit ex decretis suis, sed ex perfectione sua infinite omni scientie Microl. Lib. I. de Prædest. c. 9. fol. 382. Vid. omnino Disp. Doctoral. Magnif. Dn. Præsid. §. LXXXVII. sq.

§. 21. Sed trabem in omnibus, quod dicitur, ex Tribu Scholasti-
ca, azanæorum malorum fabricatrice infasta, & ad omnia ~~λεπτα~~
& Asini umbras perscrutandas industria, obvertant Scotiæ seu Pra-
derminantes dicti (de quibus Laudata Disp. Doctoral. §. LXVIII. &
omnino §. XCII. collat. LXXXVIII.) ajentes: Deum futuribili illa
præscire non nisi ex prædeterminante decreto: Quia nihil sit aut fiat sine
concurso Dei: nec voluntas nostra possit aliquid libere velle, nisi illa liber-
tas volitionis primum sit a Deo prædeterminata; cum nihil (E. nec voli-
tio) sit, quod non primum a Deo dependeat. Verum appage blasphemam
iustum subtilitatem, quam propter duo præcipua, queis nitit
tur haec prædeterminatio, absurdâ: (1.) negatam Hominis Liber-
tatem (2.) Θεου αγνοιαν, monstrum prædeterministicum, ex-
eremur. A necessitate enim dependentiae voluntatis in esse ad ne-
cessitatem dependentiae in agere n. v. c.

§. 22. Confirmatum autem hoc ultro abit cornuta Calvinista-
rum turba, dilemmate suo vel Herculi clavam extorsura; arguen-
tūt Praescientia Dei non est infallibilis & non indubitate vera; Aut non
datur Rerum contingentia. Connexio hujus Proposit. adeo videtur
invicta, ut (dicente B. Dannh.) etiam magno Ciceroni hic aqua base-
rit, quem adducit & refutat D. August. Lib. V. de C. D. c. 9. In his, in-
quiens, langustias Cicero coarctat animum religiosum, ut unum eligat &
duobus: Aut esse aliquid liberum in nostra voluntate, aut non esse præsci-
entiam futurorum, quoniam utrumque arbitratur esse non posse; sed posse
et altero, alterum tolli. Si &c. sed leg. hæc elegantiss. omnia & f. q. ap.
Dannh. Hod. f. 221. in gl. margin. Nam infallibilitas divina præ-
scientia collit mutabilitatem (contingentiam) rei, & vice versa.
Wendelin. Exerc. XXX. fol. 440. Voet. P. I. Select. f. 250. Quæ Deus præ-
scit fore, illa voluit ac decrevit (vid. Magnif. Dn. Præsid. Disp. Doctor. §.
LXXXVIII. sq. ubi ipsum nat' invicem refranat: Deus præscit pecca-
ta: ergo vult, contra Ps. V. 5. 6. 7.?) Macov. D. VI. de Prædict. f. 16.

Vetus

Verum quadratum hoc dilemma rotunda ex unanimi Theologo-
ore retunditur negatione. Respondet (α) *Justinus Philo. & Martyr.*
(qui vixit Sec. II. circa A. 168. & Discipulos Apostolorum audiit)
*Resp. LVIII. ad orthodoxos. Præscientia non est causa ejus, quod futurum
est: sed futurum est causa præscientie; siquidem Futurum non sequitur
Præscientiam; sed Præscientia Futurum. Suffragatur. (β) August. lib.
III. de Lib. Arb. c. 4. Tom. I. Opp. f. 669. sq. Sicut Memoria tua non cogit
facta esse, quæ preteriere: sic Dei Præscientia non cogit facienda, quæ fu-
tura sunt. Confirmat. (γ) *Hutterus L. Tb. f. 258. Præscientia est ex gene-
re eorum, quæ τὰ πρός τι Relata dicuntur; & semper aliquam πρός αἴδο
χέρι obtinent: ita ut res præscitæ fundamenti respectum in ista relatione
obtineant. Ergo vel ipse Natura ordo, qui est in Fundamento & Termino
Relationis invertendus fuerit: vel concedendum id, pro quo Ecclesia vera
pugnat, nempe Præscientiam a rebus præscitis, non has ab illa dependere.
Scientia enim fundatur in objecto: E. omne objectum prius est
cognitione. Annuit (δ) *B. Dannh. Hodos. f. 221. per distinc.* Conting-
gentia esse necessaria, sed necessitate consequentia (Logica); non autem
consequentis (physica). Subjungit (ϵ) *Magnif. Dn. Preser. Colleg. An-*
ti Soc. f. 55. Axiomata: A. Præscientia in fallibilitate ad Præsciti necessita-
*tem. n. v. c. Sic Medicus ex morbo mortem: Astrologus ex inter-
positione eclipsi prævider: non autem necessitat. Dein: A*
necessitate immutabilitatis ex supposito, ad necessitatem absolutam n. v. c.
Unde vel ipse *Hoornbek. Prævisiæ necessario sunt futura, sed non necessa-*
*rio futuranda. Tom. I. Socin. confut. f. 354.***

§. 23. Frustra autem urgens illud iuxta Joh. XII. 38. 39. 40. cum τὸ
ὑπὲν αὐτολογιῶσσι, sed ἐκθετικῶσι ab Evangelista accipiatur, teste
D. Chrysost. secuto Gregorium Naz. ajente: τὸ δὲ, ὅτι πάλιν εἶπεν, οὐχὶ
αὐτολογίας, αὐτὸν ἐκθέτεσσι. Οὐ γαρ ἐπὶ διαπεπιστεισις, εἰκέπιστευ-
σαν: αὐτὸν ἐπὶ διεκτικὴν εὐελλογὴν πιστεύειν, διὰ τέτοιο εἶπεν Ησαῖας, ex Colleg.
Distinct. Anti Calv. MS. Dn. D. Rappolti Loc. II. Quæst. VII. Dist. VI.
Sed haec attigisse sufficiat: ad Petav. Dogm. Tom. I. Lib. IV. c. I. usque
VII. *Dannh. Hodom. Calv. Phant. III. Et ad Disp. Doctoral. Dn. Prae-*
fidis. Alios, recurrat, qui ampliores sitit crateres.

§. 24. Complet tandem nobilem Fratrum trigam *Sociniani*,
& utri Calviniani Libertatem Arbitrii ob Præscientiam necessitan-
tem; ita Hi Præscientiam ob Libertatem Arbitrii negare, & sic nu-
dato Petro Paulum tegere (quod dicitur) satagunt. Expresso enim
Socinus

Socinus Praelect. c. 8. seqq. DEUM peccata, que ab humana voluntate dependent & futura contingentia praescire, antequam fiant, negat. Peccata, inquit, ista (de quibus Deut. XXXI, 16. 20.) DEUS futura predixit, non quia certissime futura nosset, sed quia sibi plane verisimile erat, l.c. f. 32. 38. conf. Smalz. contr. Franz. f. 427. 473. Crell. de Deo c. 24. f. 201. Quibus admisis, DEUM ab infirmitate & probabilitate ad scientiam & veritatem mutati, adeoque non omnia in aeternitatis ratione intueri, sequeretur, si DEUS eras aliquid sciat, quod nudiis tertius ignorabat. Quod auctor est. Ficulnea sunt, quae objiciunt: *Futura contingentia & futuribilita nullo modo sunt: E. nullo modo sciri possunt.* Resp. (Posito non concessio Antecedente) Neg. Consequens & consequentia. Quasi vero Intelligibilia & possibilia vel a nostro Intellectu non concipi & intellegi queant; quidni igitur a DEO omnisciente? Et quanquam futurorum contingentium (quod etiam objiciunt) non detur determinata veritas, ratione suae contingentiae; datur tamen infallibilitas ratione divinae Praescientiae. Reliqua (quae etiam ex Scripturis adducunt, de DEO auctoritate dicta, sed longe intelligenda) Vid. in Colleg. Anti Soc. discussa Disp. IV. fol. 54. seqq.

§. 25. De scientia media (Scholasticorum commento, super quo & ipsi scaperdam trahere nondum desierunt) inter scientiam simplicis intelligentia visionis, an Deus per eam futurabilia sub conditione, nunquam tamen futuranda, actu intelligat, quid sentendum sit; videbis omnino ex professo & exesse discursum & discutum, in Disp. Doctoral. Magnif. Dn. Præsidis Porism. IV. a §. LXV. LXXXV.

P O R I S M A V.

Serenissima DEI voluntas nullum τερπῆς αποτέλεσμα, nullamque nubem παραλλαγῆς, qua se ALITER ratione signi, ALITER ratione beneplaciti habeat, patitur: neque etiam Haloni aut nebulae, qua Decreta divina in Patre Luminum aliquam importent ullorum accidentium, compositionis vicissitudinis &c. obscurationem, involvitur.

F

§. 26. W

§. 26. **U**nus est Patris Luminum Jubar, unum Lumen, una claritas, unaque inde manans serenitas, i. e., UNA voluntas; simplex in se, non duplex sibi metitque contraria: *confusa*, nulla TROPON & conversione a sereno Tropico signi ad frigidum Tropicum Beneplaciti transiura, infelicitate nobis OBSCURABILIS: Non simulata, per pluviosas nubes, tonitribus tempestaibusque infernaliibus Decreti sui prægnantes, radiolis signi speciosis hypocritice præmicanter: Non fraudulenta, periculosa Beneplaciti sui πΑΡΑΛΛΗΛ sub splendida nube seu coruscō vapore & apparentia nudi signi, dolose celans: Non meteorica, incerta parallaxes, num supra, num infra lunarem sphæram serie DEI Benevolentia hæcat, subnotanda. Nam DEUS (ipse) est αὐτοῦ τις Tit. I. 2. & αὐτοῦ ὁ γερός 1. Sam. XV. 9. E. non poterit se habere ἀλλας κατὰ σκείσας, καὶ ἀλλας κατὰ ἐνδοκείσας. E. secundum nullam ἀλλαγήν. Verbum etiam Domini, quo voluntas ejus nobis serenat, rectum & in veritate Ps. XXXIII. 4. ac πιστὸς λόγος, 1. Tim. I. 15. Si igitur λόγος θρόνος signi πιστὸς est: E. non erit degeneret κατὰ παραλλαγὴν quandam ab ἐνδοκείσεω.

§. 27. Quanquam autem voluntas hæc simplex sit in se; cum tamen ex omni parte TOTA nobis non in aprico sit, ratione nostri, in duplice quasi abit distinctionem: inter voluntatem Arcanam & Revelatam. Hanc intelligimus; Ad illam autem menti nostræ non pater accessus: adeo ut ipse D. Paulus, hac materia prolixe perlustrata, tandem in infolitam pene exclamationem erumpat: O Profunditas diviriarum divina sapientie! quam incomprehensibilitia sunt judicia ejus! quam inperceptibiles viae ejus! Rom. XI. 33. Et hoc respectu voluntas est ipsa individua DEI essentia: Altero vero, ratione actus terminativi, quo extra finum Deitatis ad creaturas egreditur, extraessentialis quidem dicitur; atamen ab omni παραλλαγῇ, eeu DEUS ipse, aliena est. Distinguuntur alio nomine in voluntatem *Præcepti & Decreti* (ita, utid quidem, quod DEUS vult ratione præcepti, etiam velut voluntate decreti, sed non reciproce,) seu, quod idem est, (sed sano sensu, quo accipiunt B. Meiss. *Anthrop. Disp. II. Qv. I. n. 16. B. Hutter. Form. Conc. f. 1064. & L. Fb. f. 783. seq.)*

ubi eam ex mente Lutheri rejicit: Quam inimicatur B. Dannh. *Hoduf. f. 255 sq. collat. f. 530.*) in voluntatem SIGNI & PLACITI, vel (uti Scriptura loquitur, vid. Chamier. Lib. VII. c. 5. §. X. f. 103.) in εὐδο-

κιαν

rlay & evagis'ia. Hæc decreti est & arcana: illa præcepti & reve-
lata. Utraque DEUS vult omnes salvos fieri 1. Tim. II. 4. Et non
vult (voluntate antecedente seu hypothetica: si credant) ullos pe-
rire &c. 2. Petr. III. 9. Vivo ego! nolo mortem peccatoris, sed (ve-
lo, voluntate consequente) ut vivat. Ezech. XXXIII. u.

§. 28. Απαιδεύτως igitur asylm quarunt Calviniani in hac
distinctione veterum Scholasticorum (Lombard. lib. I. d. 47. C. Thom.
P. I. q. 19. a. u.) contendentes: Deum quidem velle omnes salvos fie-
ri voluntate Signi, externa vocationis specia); non autem voluntate
beneplaciti (interno & occulto decreto) Bez. Resp. II. ad Colloqu. Mom-
pelg. f. 173. Thossan. Th. bish. didasc. de Pelagian. tb. 144. Kimedont. Lib.
II. de Redempt. Gen. Hum. cap. XVI. f. 306. de Prædef. c. IV. fol. 478 sq.
Conf. Chamier. Lib. VII. c. 6. §. 312 f. 104. sqq. & externo tantum gestu &
simulatione, non beneplacito, Piscat. Disp. de Prædef. lib. VII. f. 66. Ge-
nuinam enim veterum sententiam hujus Distinctionis perspicue
explicat B. Lush. Comment. in Gen. Tom. I. Lat. Witteb. f. 117. A. ap.
Hutter. L. Th. f. 783. & Dietr. Instit. f. 647. ubi vide. Scholastici ni-
mirum per voluntatem signi intellexerunt eam, quæ de salutis no-
stra negotio in verbo Dei per signa externa, v. g. Sacraenta, Præ-
dicationem verbi, &c. nobiscum agit. Per voluntatem autem Be-
neplaciti norunt arcana illa Dei iudicia, quæ, non de salute nostra,
ejusque mediis; sed de aliis imperscrutabilibus Dei viis ac operi-
bus, sub admirationem non explicationem veniunt. V. g. cur Da-
vs Filium suum eo & non alio anno ad incarnationem misericit?
Cur Mosen & non aliud Populi Ducem constituerit? &c. Calvi-
niani autem ab hoc scopo aberrantes non subordinatas, sed con-
trarias in Deo singunt voluntates, veram & simulatam: & quidem
in salutis negotio, quod absolum est. Nititur autem & nutritur hic
error atheologa (non dicam blasphema) eorum Absoluti Decreti
hypothesi, que ipsi etiam Deo hypocriticos stigma inurit: Homi-
nes vero in desperationis labyrinthum seducit. At multum pu-
rant sibi favere Exempla: Abrahami Gen. XXII. 1. 2. Cananeæ
Marth. XV. 28. Ninivitarum Joh. III. 4. collat. 10. ubi Deus aliud
voluntate beneplaciti decrevit, aliud signo externo simulavit: E.
(concludunt) datur ejusmodi alia voluntas signi, diversa a voluntate
Beneplaciti. Verum A tentatione crucis ad voluntatem salutis n.
v. c. Dein à mutatione voluntatis secundum certam hypothesim

limitatæ ad diversitatem voluntatis absolutam n. v. c. Una enim & immobilis eadem est voluntas, sub conditione saltem (constantia aut inconstans, penitentia aut impenitentia, quæ est in objecto) ad alterutram conditionis partem terminabilis.

§. 29. Tener ergo nostra Thesis: voluntas Dei est inscata ac invariabilis ratione suorum decretorum, imo simplicissima & omnium Accidentium expers. At cristatus hic contra insurgit *Vorſius* cum aſſeclis, Patrem Luminum nebuloso Accidentium, indeque fluentis mutabilitatis, præcipimis respectu decretorum suorum (quæ falso ab Effentia Dei distinguit) Halone obſcuraturus; Nobis autem nodum Gordium nexus. Sed quia ejus raiuncula ferme in ore ac paginis omnium sunt, vel tetigisse saltem eas, fatus erit. Obj. (α) *Natura Dei una eſt, decreta, infinita.* In not. ad *Dijſp. III. de Deo, fol. 208. ſqq.* Resp. A Multiuidine objectorum ad multitudinem Principii n. v. c. Obj. (β) *Decreta Dei libera ſunt: At Effentia Dei eſt necessaria; E. Decreta non ſunt Dei effentia, sed accidentia.* Resp. A contingentia Libertatis objective ad contingentiam Libertatis ſubjectiva, it. Ab indifference Decretorum terminativa ad essentialē n. v. c. Hic pēdem figimus: Reliqua videri poſſunt ap. *Becan. Th. Schol. P. I. c. VII. Fridl. Medull. L. de Deo qu. 40. Scheibl. Lib. II. Metaph. c. III. punct. 6.*, & poſt alios τυνοπτικως in *Colleg. Anti Soc. Dn. Praefid. Dijſp. VII.*

§. 30. Coronidis ergo queri hic poſſet: Annon vero περιχώρη illa, mutua incarnationis in temporis plenitudine facta τῷ Αὐτῷ quandam παραλλαγὴν obtrudat? Sed facilis eſt reſponſio: Λόγος manſit ἀρετής in ſe, ſicut EST (Pl. CII. 28.) ſaltem novitermino (incarnationis), non vero alterationis aut accessionis cuiusdam accidentis, quo ſe ἀλλάξῃ habeat) inſignitur.

P O R I S M A VI.

Jubar Sanctitatis divinæ nullam causalitatis Peccatorum Eclipsin patitur.

§. 31. **N**eque Lunarem, quæ ipſi lucem revera & proprie eripiat, h. e. qua Deus proprie, absolute & per ſe ad peccata cauſando concurrat: Neque Solarem, quæ ipſi lumen quidem non auferat, ſed tamen tenebris oculis nostris umbram interponat, h. e. qua Deus cauſa peccati, ſaltem per accidens, videatur. *Luc* epim.

enim est, & tenebrae in eo non sunt, 1. Joh. I. 5. A Patre Luminum non nisi bona proveniunt (Jac. i. 17.) adeo, ut apud EUM sit (non tantum nulla realis παράδοσις, & vicissitudo boni & mali, sanctitatis & Peccati, IN Sibi, & secundum verum esse sed & NB, neque secundum alienans dici) ne quidem ullum πεπτίς (inclinationis ad malum) αποκαλεσμα (obrumbrio seu apparentia. vid. sup. Sect. Log. §. 3. (ε)) quo, etiam si Schola id credant, Ecclesia sine possit saltē VIDERI ab aliunde levi sumo aut umbrabula accidentalis criminum causalitatis esse obfuscatus.

§. 32. Priorem θεωρίαν eclipsin, qua DEUS proprie causando ad peccatum concurrere censetur, Calviniani satis blasphemie defendant: Quod oculis vix credes, si legas. Zwingl. lib. de Provid. c. V. Tom. I. Opp. f. 364. fac. 1. &c. VI. fol. 365. fac. 2. fol. sq. fac. 1. Calvin. Lib. I. Inflit. c. 18. Sect. I. sq. Lib. II. c. 4. Sect. II. sq. Beza in abster. calumn. Heschn. in Volum. Tractat. fol. 317. & Lib. de aeterna Praedest. contra Costellion. f. 373. Zanch. Tom. I. Miscell. de Excuse. Impior. qu. 4. f. 266. quos allegatos reperies ap. D. Drejer. Vindic. (utinum Vindiciis!) Sanctit. Dei fol. 3. sqq. Et f. 10. optime subjungit: Mirum est, quomodo Calvinistae (qui in verbis Eucharistiae a litera decedendum esse tam praeferre urgent, ob absurditatem rationis, nullum sibi mysterium ad animum revocante: cum tamen ibi nihil contra bonos mores an Fidem aut Honestatem ex litera sequatur) in iis locis, ubi de Providentia DEI circa mala agitur, tam arcta literam teneant: Et cum omnes elabendi rimae eis obstructe sint, & quam multa contra pietatem & bonos mores inde sequatur, oftensum sit, prompte ad mysterium configunt, docentes DEO HANC CONTRARE AEQUITATEM. Haec enim D. Drejerus. Breviter: Cum de Deo aliquid enunciatur, quod ipsum peccati eclipsi obnubilare videatur, Tum id de DEO (nequaquam efficienter, sed) vel permissive, vel directive intelligendum est. Induratio enim & exceccatio a Deo sic accidit, ut Diabolus peccata suggerat, Homo consentiat, Deus delerat, & justo iudicio permittat. Sed hac vice fertam prolixam Disputationis cum Calvinistica gente reciprocare pagina prohibet.

§. 33. Posteriorem vero Quidam sic inferre conantur: Si Deus quando de eo dicitur, quod induret, ex cœceret &c., non est causa peccati propria: E. erit peccati causa tamen, saltē per accidens, termino tollente & alienante, & propter solam apparentiam. Responderet B.

Cheymnit. L. de Caus. Pecc. Debemus Deo non tantum reſte & pie ſentire; ſed & reverenter loqui, ne abſurdis & prodigioſis loquendi formulis ſanctum Dei nomen in vanum affumamus. L. Th. P. I. Loc. V. c. VIII. f. m. 156. Idem monet Paulus: Formam tenet ſanctorum verborum 2. Tim. I. 13. Si quis non accedit ſanctis sermonibus, & ei, quæ ſecundum Pietatem eſt doctrine, Is inflatus eſt, nihil ſciens, ſed inſaniens circa quaſtiones ac pugnas de verbis: ex quibus naſcitur invidia, lis, maledicentiæ, ſuſpicioñes male 1. Tim. VI. 3. 4. Inquis: *Itane horridæ & blaſphemæ viidentur locutiones, quibus ipſe Spiritus S. uititur?* Verum alia eſt phraſis Spiritus S. genio Hebrææ propria, ut per eam quis facere dicatur, quod tamen neutiquam facit, v. g. Exod. I. 17. Excipit: *Eodem res recidit, cum Scriptura per terminos artis Scholasticæ eſt explicanda.* Refp. A Scholasticorum tricis ac gerris ad phraſeologias Pietatem & Ecclesiā decentes n. v. c. Plura de his ex professo vid. in *Dn. Calov. Harm. Calixtino - Heret.* fol. 96. sqq.

P O R I S M A VII.

Pater Luminum fuit etiam Creator Luminis Humani originalis, Primoque Homini nullum ἀποκίσμα nebulamve Purorum Naturalium: nullam παραλλαγὴν Intellectus ac Voluntatis: nullam affectuum diversitatem, τρόπῳ & Repugnantiam; ſed fereniffimum lumen, h. e. perfectam ac integerrimam Iuſtitię ac Sanctitatis divinæ imaginem concreavit.

§. 34. **P**Atet hoc manifestissime (a). Ex Textu (extra & ultra quem cum Scholasticis cavam Arabiam ſerere, miliumque terebrare, vanum & ineptum eſt) Moaico Gen. I. 26. sq. *Creavit DEUS hominem* (non primum ſecundum pura naturalia, quibus deinde ſubveniret donum ſupernaturale; ſed) *ad imaginem ſuam, ad imaginem* (ecce emphasis ἀναφενετικῆν τῶν Purorum Naturalium, ex Anadiplofi) *Dei creavit* (creavit ſane tanquam creaturam a primo natura ſue momento ſanctam & perfectam; non vero deinde deum rectificavit) *eum.* Deus hominem fecit ὡν rectum integrum

grum, perfectum, Eccles. VII. 30. Si enim (8) Pater Luminum cum nebula ignorantiae & indifferentiae naturalis Protoplasmum creasset, esset Auter & πονητής τοῦ ἀποστολικοῦ culpa & pena, h.e. peccati arq; mortis: cuius vero solus autor est Princeps tenebrarum Job. IIX. 44.
(Job. III. 8. Sap. II. 24.) Igitur (y) A Patre Luminum non nisi splendor & serenitas VÁLDEBONA proficisciatur. At Status purorum naturalium (ignorantia scilicet mentis, seu αἰσχυλίασμα, & inordinata voluntatis ad bonum caducum conversio, seu πόνηση, per dona supernaturalia REMOVENDA ac CORRIGENDA, juxta Arnschwanger. Disp. de Pecc. Orig. ib. XXII. It. Appetitus sensivus judicium mentis anteverens, seu πραγμάτων, & CUM EO DECERTANS, It. asperis nebulis: variis caibus, doloribus, morbis, ac ipsi morti expositum esse, juxta Calixt. Epit. Theol. f. m. ys.) est tempesta turbida imbris & turbinibus Qualitatam inamena: E. non est a Paire Luminum profectus. Anne enim sol tenebras spargere potest? Numne Pater Luminum nebulam & αἴσχυλίασμα primo homini inspiravit?
Αἰτον! Tenet ergo consequentia: Quod imago primæva purissimum ac serenissimum perfectæ ac integerrimæ Justitiae ac Sanctitatis Lumen sit concreatum.

§. 35. Inconsiderate itaque loquitur Hugo Grotius, Lib. II. de Jure B. ac P.c. II. n. 2. f. 114. collatis notis f. 124. attribuens primis Parentibus EXIMIAM SIMPLICITATEM (infantilem, cuius argumentum fuerit nuditas: irrationalem ferme & brutalem atque barbaram, similem rudibus Americæ populis) appellatarque VITAM RUDEM, ex mente Senecæ, quem Epist. XC. allegat, ajentem: ignorantia rerum innocentes erant. Ipse addit: Erat in illis (Protoplastis) ignorantia magis vitorum, quam cognitio virtutis. Quod est expresse contra Eph. IV. 23. 24. Colos. III. 10. Gen. II. 19. Syr. XVII. 5. Sap. II. 21. sq., plane que Socinianum. Nam eodem modo Smalzius: Adamum ante peccatum in star infantis fuisse & pueri, qui, quid esset nudum esse, scire non potuerit, pronunciat, contra Franz. f. 45. Verum enim vero nescivit nuditatem ignominiae; scivit tamen nuditatem innocentiae: vel nescivit nuditatem suam ethice non physice.

§. 36. Sed & id Socinianum olet, quando Quidam dicunt, quod homo integer natura sua fuerit mortalis intrinsecè. Ita inter alios Arnschwanger Disp. cit. ib. XVIII. imbecillitates & miseras: imo ipsam mortem meritis naturalibus accenset. Et ib. X. Naturale, inquit, est ho-

minis

mini ut moriatur. Si primo homini nihil quod naturam superaret, collatum erat, moriendum ei fuit, etiam si non peccaret. Planè ut Socinus: *Affero primum hominem, antequam laberetur, natura immortalem non fuisse, sed naturaliter, & citra impendens aliquid periculum morti jam zum fuisse subiectum.* lib. de Stat. Pr. Hom. contr. Pucc. f. 57. Alibi Itane? Ergo mors ejusque prodromi & satellites morbi & ærumnae non erunt stipendum peccati, sed fors naturæ, contra Rom. VI. 23. V. 12, & NB. VIII. 10. Sap. I. 13. II. 23. Gen. III. 17. 18. 19. Ergo Pater luminis cum ipso lumine umbras & tenebras mortalitatis concreavit: Ergo cum splendore & radiis vita etiam ipsam mortis caliginem inspernit: Quæ omnia implicant, pio pectori nauseam movent, & παιδεύτως adstruuntur. Vid. Colleg. Anti-Soc. Magnif. Dn. Praesidis Disp. XXVIII. XXIX. XXX. Dn. Calov. Harm. Calixt. Heret. f. 219. seqq. Fridib. Medull. f. m. 385-390. seqq. conf. etiam Dannhaw. Hodof. f. 429. seqq. Sed manum de tabula, cum vel ipsa pægella hic filum abrumpat.

§. 37. Quod igitur superest Patri Luminem (Jac. I. 17.) in quo nec ullæ tenebreæ sunt (I. Joh. I. 5.) necnulla transmutatio aut conversionis obumbratio locum habet, (Jac. I. c.) quod nos in admirabilem suam lucem (I. Petr. II. 9.) vocavit, gratias, quibus capiendis sunt mentis angustie, agimus humillimas, devotoque pectore precamur, ut ipsis radiis perpetuo collustrati tandem ex hac tenebrarum valle (Ps. XXIII. 4.) & caligine mortis (Luc. I. 79.) tanquam filii lucis gratiae (Eph. V. 9.) etiam lucis gloria, que, cum ipse DOMINUS sit nostra lux, neque lucerna, neque solis lumine (Apoc. XXII. 5.) indigebit, filii simus!

A M E N!

F I N I S.

Leipzig, Diss., 1674(1)

ULB Halle
003 741 788

3



TA → 0L

f

nur 1+7 Stück verknüpft

V3 17

B.I.G.

Black

Farbkarte #13



ΦΩΣ ΦΩΤΩΝ

SINE NĒBLIS ET VMBRA

SIVE

ORACVLVM JACOBAEVM

CAP. I, 17.

DE

ILLVSTRISSIMA DIVINAE IMMVTABILI- TATIS MAIESTATE

APERTA SCENA, CONSPICVA

IN

SOLEMNI HAC DISSERTATIONE

QVAM

SVB PRAESIDIO

DN. JOH. ADAMI SCHERZERI

SS. THEOL. DOCT. PROFESS. PVBL. PRIM. FACVLT. SVAE
SENIOR. INGENVI PRAESVLATVS MIST. CANONICI
ET THESAVRARI, CONSIST. ELECT. ETC.

DOCTORVM AC ERVDITORVM EXAMINI ET DISQVISITIONI

PUBLICE SVBMITTIT

JACOB-HENRICVS OHLIVS

REGIOM. PRVSS.

D. XXII. SEPTEMBR. A. M D C LXXIV.

WITTENBERGÆ,

RECVSA IN OFFICINA HAKIANA, M D CC XXXVI. (6)

1736

